

[Liber secundus septem ecclesiarum]

[fol. 57v° b] **INCIPIT LIBER SECVNDVS DE SEPTEM AECCLISIIS ***

**QUATTVOR ANIMALIA ET QUATTVOR
QUATTVOR ¹ VENTOS ET DVODENA MILIA**

ANGELO ² Ephesi Ecclesie, scribe : **Haec** ³ dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, et ⁴ qui ambulat in medio candelaborum aureorum. Scio opera tua et laborem et patientiam, et quia non potes portare malos, et temptasti eos qui se dicunt apostolos esse et non sunt, et inuenisti eos mendaces et patientiam habes et sustinuisti propter nomen meum et non defecisti. Sed habeo aduersum te quod caritatem tuam plurimam reliquisti ; memento unde cecideris et age poenitentiam et prima opera fac. Sin autem uenio ⁵ et mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris. Sed hoc habes inquit, quia odisti facta nicolaytarum, que et ego odiui dicit Dominus. Qui habet aurem audiat, quid Spiritus dicat Aecclesiis. Vincenti dabo edere de ligno uitae, quod est in paradiso Dei mei [Ap 2,1-7].

EXPLICIT STORIA PRIMAE ECCLESIE IN LIBRO SECVNDO HVIVS PICTURAE

[fol. 58r°] **Illustration : Message à l'Église d'Éphèse** (Ap 2, 1-7) :

Sous une arcade, Jean remet le Livre à l'ange d'Éphèse : AECCLISIA EPHESI].

INCIPIT ⁶ EXPLANATIO SUPRASCRIPTAE STORIAE ET AECCLISIAE IN LIBRO SECVNDO.

Angelo ⁷ Aephesi Aecclesiae scribe [Ap 2,1] : Sub unius appellatione angeli omnium sanctorum numerum signat. Ephesi autem quod est uoluntas siue consilium meum. Catholicam ut superius memorauimus narrat Aecclesiam cui ista loqui manifestet. **Haec dicit** [fol. 58v° a] qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio candelaborum aureorum [Ap 2,1]. Id est qui ⁸ sanctorum animas in manu continet sua, et in medio Ecclesiarum suarum miraculis spaciaram uirtutibus graditur, et potestatis magnitudine conuersatur. Ad ipsam autem Ecclesiam dicit : **Scio opera tua, et laborem et patientiam** [Ap 2,2]. Cognoscere se asserit bone operationis effectum et laboris et studii spiritualis

* **LÉGENDE : Caractères rouges :** • Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. • Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. • Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

Caractères noirs : • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. • Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. • Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. QUATTUOR répété à la 3^e ligne.

2. Belle initiale rehaussée de couleur tracée dans une réserve de 3 lignes.

3. Initiale rehaussée de jaune ; cette particularité traduite par un caractère gras ne sera plus signalée.

4. et ajouté en interligne.

5. Entre uenio et et, tibi a été effacé et remplacé par un point.

6. i suscrit, le t manque.

7. Initiale rehaussée de jaune, en partie rentrante, sur 2 lignes.

8. i écrit en interligne.

curam et patientiam, per quam sustinet temptationem uel superat. Et conlaudat puritatem Eꝑcclesie sue iudicio ueritatis, de qua Eꝑcclesia etiam Eꝑsayas loquitur ⁹ : Lauda ¹⁰ sterelis que non paris, decanta laudem et inique non pariebas, quoniam multe filie deserte magis quam eius, que habet uirum. De cuius labore Eꝑcclesie describitur ¹¹ : Beati qui ⁹ lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Cui etiam in praesenti loco Dominus dicit : **Et quia non potes sustinere malos homines et temptasti eos qui ⁹ se dicunt apostolos esse, et non sunt, et inuenisti eos mendaces, et patientiam habes, et sustinuisti propter nomen meum et non defecisti** [Ap 2,2-3]. Hoc de hereticis sine dubio dictum accipimus, quia ipsi se doctores adseruerunt ueritatis et sunt auctores prauis mendacii. Bonos se protestantur, et ipsi deteriores demone ¹² comprobantur. Sed mendacium eorum et peruer[s]itatem catholica fides inuenit, et per tolerantia multa sibimet inlata ab ipsis mala sustinuit. Hoc totum passa est propter nomen Christi, nec deficit fides eius. Ipsi etiam Eꝑcclesie de hereticis, dicitur per prophetam : Omne uas quod fictum est contra te non dirigetur ; et omnem linguam resistentem tibi iudicio iudicabis.

Temptasti ¹³ inquit eos. Non temptantur, nisi qui ¹⁴ intus ¹⁵ sunt. Qui enim foris sunt, sine ullo temptamento foris esse manifesti sunt. Nec eos temptare opus est, qui ¹⁶ in Ecclesia non sunt, qui non ex fructibus sed ex loco cognoscuntur. De quibus Dominus ait : A fructibus eorum cognoscetis eos. Quia non potest arbor mala bonos fructus ¹⁷ facere, in ¹⁸ fructu operationem, in folia uerbum dicit. Tales cum reperti fuerint, aperte mali sunt. Non sunt isti de ipsis, qui ¹⁴ se dicunt apostolos esse et non sunt, quia illi ¹⁴ qui se dicunt apostolos quasi Domino ministrare uidentur, sed tamen in factis sibimet, non Domino ministrant. Sed nobis sollerter inquirendum est, qui sunt qui Domino ministrant. Neque omnes qui legunt, omnes qui praedicant, omnes qui propria tribuunt, omnes qui per carnis abstinentiam corpus castigant. Domino ministrant. Qui enim legendo ¹⁹ praedicando gloriam propriam [fol. 58v° b] querunt, largiendo que habent et corpus in abstinentiam macerando, laudes recipere ab omnibus appetunt.

Isti sibimet non Domino ministrant, quibus ²⁰ contra per psalmistam Dominus dicit : Ambulans in uia immaculata, hic michi ²¹ ministrabat ²². Habentem enim maculam in uia, qui in bono opere quod agit, eterne glorie sibi praemium proponit, qui in hoc mundo recipere mercedem requirit et fedat in conspectu Dei

9. i suscrit.

10. s final gratté.

11. bi ajouté en interligne d'une autre main.

12. demoniis corr. en demone.

13. Initiale T ajoutée en marge.

14. a suscrit.

15. us en interligne.

16. qui écrit d'une autre main après un blanc en début de ligne.

17. fructos corr. en fructus.

18. in écrit d'une autre main.

19. atque gratté après legendo.

20. bus ajouté en interligne d'une autre main.

21. michi ajouté en interligne d'une autre main.

22. Lettres effacées et remplacées par un t final d'une autre main.

spetiem boni operis, macula ²³ prauę intentionis. Fortasse etenim qui ¹⁴ discipline studio intentus feruet, culpas delinquentium resecat, qui tamen ad hęc agenda si non ex omnipotentis Domini amore sed zelo proprio ducitur, sibi in his et non Domino ministrat. Alius ne asper esse uideatur, multa leniter tolerat quę prauę perpetrantur. His itaque quia uideri pro Domino districtus non uult, plęnitudinis ²⁴ suę studium sibimet non Domino ministrat. Restat ergo ut siue in uerbi ministerio fatigemur, seu indigentibus nostra largiamus, siue per abstinentiam carnem domemus, seu zelo moueamur, siue per abstinentiam aliquando leniter praua toleremus, ut nos summopere debeamus intentionem nostram discutere quatenus omne quod facimus, ne in his que ²⁵ agimus, nobis potius quam Domino ministremus. Non enim Domino sed sibi ministrauerant, de quibus Paulus ²⁶ dicebat : Omnes quae sua sunt querunt, non que ²⁵ Ihesu Christi. Hisdem uero Paulus cumque electis fratribus non sibi ministrare sed Domino, et uiuendo et moriendo festinabat dicens : Nemo nostrum sibi uiuit et nemo sibi moriatur, siue enim uiuimus, Domino uiuimus, siue morimus Domini sumus. Sibi etenim sancti nec uiuunt, sibi nec moriuntur, qui per omne quod agunt, ad lucra spiritualia anhelant ²⁷, atque orando, predicando, sanctis operibus insistendo, cęlestis patrię ciues multiplicare desiderant. Sibi minime moriuntur, quia in conspectu hominum Deum de sua morte glorificant, ad quem peruenire eciam moriendo festinant. Pensemus itaque in morte sanctorum, quantum illis ²⁸ obprobrium ab infidelibus factum est ²⁹, et quanta laus Domini in cordibus eorum ³⁰ excreuit. Qui, si suam laudem quererent, [fol. 59r° a] profecto pati tanta obprobria in morte timuissent. Sed nemo nostrum sibi uiuit, nemo sibi moritur, qui ³¹ suam gloriam nec uiuendo, nec moriendo quesierunt. Sed non est laudis quod dixit : *scio quia non potes portare malos* [Ap 2,3] ³², detestatio infirmitatis. In eo uero laus quod dixit *non potes, et sustinuisti propter nomen meum* [Ap 2,3], laudauit inbecillitatem humanam, in tolerandis falsis fratribus de Dei timore. Patientie uirtutem per humilitatem carnis teneret, ut secundum Domini praeceptum sciret, quibus ³¹ caueret. Et patientiam habuit, ut ingemiscens et tristis, omnia que secundum cathedram ³³ Moysi, id est falsos et carnales sacerdotes, qui non pro Deo sed pro saeculi honore cathedrę Moysi adplicatur, et primos discubitur, et primas cathedras in Ecclesia delectantur tenere, quos in ęuangelio ueritas phariseos solet nominare. Ab eorum tamen fructibus abstinentes ³⁴, et quod ab eis audirent, custodirent et facerent. Sic apostolos temptare malos, et ab eorum opere ³⁵ abstinere mandat dicens : Probate autem

23. macule corr. en macula par surcharge.

24. plenit complété d'une autre main en partie en interligne.

25. q corr. en que par addition d'une autre main de ue en interligne.

26. Paulo corr. en Paulus d'une autre main.

27. h ajouté en interligne.

28. eorum corr. en illis d'une autre main.

29. fuit corr. en factum est tracé d'une autre main, avec est en interligne.

30. corda fidelium corr. en cordibus eorum tracé d'une autre main.

31. i suscrit.

32. sed gratté après malos.

33. e final corr. en a.

34. abstinerent corr. en abstinentes.

35. a final corr. en e.

quid sit placitum Deo, et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite, id est non taceatis, quæ enim ab ipsis occulta fiunt, turpe est dicere. Haec mandat Apostolus, pro falsis ³⁶ apostolis ³⁶. Parti uero angeli sic dicit : **Sed habeo** ³⁷ **aduersus te, quod caritatem tuam plurimam reliquisti** [Ap 2,4]. Omnem peccatorum personam adsumpsit, qui in Ecclesia catholica positi uariis erroribus obligantur. Et causari cum eis ostendit quod priorum fidei caritatem obliti multi sint uiciorum laqueis occupati. Absit enim ut eidem parti [fol. 59r° b] dicat : *habeo* ³⁷ *aduersus te* [Ap 2,4] quem laudat, cui dicit, *patientiam habes* ³⁷ *et sustinuisti propter nomen meum et non defecisti* [Ap 2,3]. Vnde uerum est et conuenienter, ut qui patientiam habet nec deficit, dilectionem derelinquere non potest, cum Deus dilectio sit. Vnde manifestum est in uno corpore duas partes ostendere, unam perseuerantem, alteram transgredientem, cui dicit : **Memento unde cecideris, et age penitentiam et prima opera fac** [Ap 2,5]. Similiter et Dominus per prophetam dicit : Reduc me in memoriam et iudicemur simul, narra si quid habes, ut iustificeris. Dum enim meminisse nos uult casuum quibus male corruimus, admonet unde non ³⁸ corruamus. Et ut purgentur uitia que incurrunt, iter ueniendi ³⁹ ostendit dum dicit : *Age penitentiam* [Ap 2,5], id est lacrimis ablue delicta tua. Sic peccatrix illa sub Ecclesie typo lacrimis lauit pedes Ihesu et capillis extersit, et penitentiam quid faciat, instigat et conmonet. *Et prima opera fac* [Ap 2,5], aut bonitate praecipua, aut que in primæ conuersationis ardore conceperas, ne dicatur tibi, si in aliquo cecideris, *memor esto, unde cecideris* [Ap 2,5]. Ac si aperte dicat : Vide unde cecideris aut quid hodie peccati contraxisti, si opere, si sermone, si castrimargie gule uoracitatem habuisti, si fornicationi carnis stimulo incitatus es, si cupiditatis, si auaritiæ, face succensus, si simulacrum ⁴⁰ quod est idolum in occulto conscientie tuæ conlocasti, si iracundiæ furore contra [fol. 59v° a] fratrem excitatus, nebula in corde remansit, si in uanam gloriam mentem eleuasti, si superbiæ tumorem habuisti. Quod si in aliqua te cognoscis cecidisse, increpat tibi, et dicit : *Semper memento unde cecideris* [Ap 2,5]. Qui enim cadit, de alto cadit, ideo dixit unde. Non est maior ruina quam qui ³¹ a caritate discedit ⁴¹. Quia sicut superbia princeps est omnium malorum, ita caritas principatum tenet omnium bonorum. Qui enim caritatem non habet, quamuis bona uideatur facere, nichil in se boni habet. Ideo dixit unde cecideris, quoniam omnimodo usque ad mortem, amoris opera exercenda sunt, quod est principale mandatum, sine quo nemo catholicorum Deum uidebit unquam.

Si uult, et aliquid horum quæ supradiximus, fortiter teneatur, totum subruitur, si caritas minuitur. Quia caritas ⁴², cooperit multitudinem peccatorum. Et quid prodest, si ad exhibendam abstinentiam ad inpendendam misericordiam, ad referendas semper Domino gratias, ad orationem sepe procedas nichil tibi prodest, si in uno te conspicias, et in alio ⁴³ oculos claudas. Et quid ⁴⁴ prodest si

36. o corr. en i par surcharge.

37. h ajouté en interligne d'une autre encre et d'une autre main.

38. non corr. d'une autre main sur un mot gratté.

39. iter quo adueniatur corr. en iter ueniendi par grattage et surcharge.

40. Le second si ajouté en interligne, sans doute d'une autre main.

41. discedet corr. en discedit par surcharge.

42. Le premier a ajouté en interligne de la même main.

43. aliud corr. en alio.

44. d ajouté en interligne.

contra ostium insidias pene tota ciuitas⁴⁵ cautę custoditur, si unum foramen apertum relinquitur, unde ab hostibus intretur ? Quid ergo prodest custodia que ubique circumponitur, quando inimicis tota ciuitas per negligentiam⁴⁶ loci unius aperitur ? Dicatur ergo [fol. 59v° b] *memento unde cecideris* [Ap 2,5], quia duobus modis in Eęclesia omnis lex in uno sermone completur, id est in caritate Dei et proximi qui⁴⁷ adhuc malis cogitationibus irritatur a caritate Dei discedere dicitur. Et qui fratrem in aliquo ledit, a caritate proximi alienatur, et in utrisque de alto cadere dicitur, inde dicit *unde cęcideris, et age penitentiam et prima opera fac* [Ap 2,5]. Ac si aperte dicat : De die in diem incipe penitere semper, ita ut tunc te dicas incipere, quando et finire. **Quod si non feceris, uenio ad te⁴⁸ et mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris** [Ap 2,5]. Quid est mouere candelabrum, nisi auertere faciem ? Auferre custodiam, quia sine intuitu altissimi, sine profecione Dei, fides nostra stabilis esse non praeualet. Vnde et propheta dicit : Dilata gressus meos subtus me, et non sunt infirmata uestigia mea, et dedisti michi protectionem salutis. Et iterum : Nisi Dominus adiuuasset me, paulo minus in inferno habitauerat anima mea. Mouet ergo candelabrum fidei nostre, extinguit lucernam confessionis⁴⁹ nostre, quando auertit faciem suam, a nobis. Quod ait, *nisi penitentiam egeris* [Ap 2,5]. Quam penitentiam habet caro, si non ad conditoris⁵⁰ suscipiat adminiculum ? Quis humor potest ex ariditate carnis profluere lacrimarum, nisi Domini miseratione conpunctum cor Sancti Spiritus inroret aduentus ?

Utique candelabrum dicit mouere, quem iubet agere penitentiam. Iam supra diximus in priori libro, quod angelus et candelabrum⁵¹ [fol. 60r° a] unum est, cuius partem dicit non auferre sed de loco suo mouere. Id est quicquid partis⁵² amittit, ut qui habet detur ei et habundet⁵³, et qui non habet hoc quod uidetur habere, auferetur ei ; et inutilem seruum mittite in tenebras exteriores. Hunc seruum omne prepositorum corpus, id est episcoporum malorum dicit, ad cuius intuitum, omnis sua membra pendet Aeccclesia⁵⁴. Sicut et alio loco dicit de eodem⁵⁵ seruo quem constituit supra familiam suam, ut det illis tritici mensurarum⁵⁶ cibum in hoc tempore, quia beatum dicit, quem sic inuenerit facientem, eo quod supra bona sua constituit⁵⁷ eum. Semper enim Aeccclesię⁵⁸ in hac admonitione, duas partes esse cognosce. Pars enim licet illi⁵⁹ sit donec

45. Le second i ajouté en interligne.

46. negligentiam, corr. en negligentiam par surcharge du i sur le e.

47. i suscrit.

48. tibi cito corr. en ad te par grattage et surcharge.

49. nis final ajouté en interligne d'une autre main.

50. torem corr. en toris.

51. delabrum ajouté dans la marge d'une autre encre.

52. pars corr. en partis par ajout de tis en interligne.

53. h ajouté dans la marge.

54. Aeccclesię corr. en Aeccclesia par grattage et surcharge.

55. eadem corr. en eodem par surcharge.

56. scripturarum corr. en tritici mensurarum par grattage, surcharge et ajout de men et su dans les deux marges.

57. constituet corr. en constituit par surcharge.

58. in gratté après enim ; aeccclesia corr. en aeccclesię.

59. illic corr. en illi par grattage.

diuidantur⁶⁰, propriam tamen salutem, et omnis candelabri lumen amisit. Et si gratiae carismatibus honoratus est, sibi mortuus est, et quod in illo uiuit alienum est. Ista pars est quam⁶¹ semper increpat; tamen, altera est quam⁶² laudat, quam⁶² Aecclesiam supra petram dicimus esse fundatam, cui dicit: **Sed hoc habes, quod odisti facta Nicolaytarum, quę ego odi** [Ap 2,6]⁶³. Nicolaytarum enim, interpretatur effusio uel stulticia Aecclesię languentis, quod de hereticis non inmerito dici sentitur, qui effusi ab idria ueritatis, in limo⁶⁴ sunt mendacii prouoluti. De hac effusione, in lege describitur: Effusus es sicut aqua, non crescas. Est manifesta⁶⁵ et stulticia [fol. 60r^o b] languentis Eccclesię hereticorum dogma peruersorum, quia non ad sanitatem adducunt populi cicatricem, sed maximis langoribus plebes afficiunt, stulta de Deo sentientes, et stultis se praeoccupant sententiis. De quibus scriptum est: Sanabant contritiones populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax, cum non esset pax. Nam quomodo potest odisse facta Nicolaytarum, qui dilectionem id est, Deum derelinquit? Opera enim Nicolaitarum, idolatria est et fornicatio. Qui ab apostolis cum Stephano et cęteris constitutus diaconus est. Qui propter pulcritudinem reliquit uxorem, ut qui uellet eam acciperet. Versaque est in stuprum talis consuetudo ut inuicem conjugia mutarentur. Et in tantum turpia et nefanda excogitauit et predicauit, ita ut neobitarum heresis, id est indocti sacerdotes et leuitę ex illa radice nascuntur. Quos Apostolus reprobatur, et ne tales ad sacrificium accedant, discipulum admonet dicens: Nemini cito manus inposueris, et ne communicaueris peccatis alienis. Et quid est manus cito nemini inponere, nisi ante etatem maturitatis, ante tempus examinis, ante laboris me[ri]tum. Ante experientiam disciplinę, sacerdotalem honorem tribuere. Et quid etiam communicare peccatis alienis nisi talem ordinare⁶⁶ episcopum insipientem, qualis et ille est qui non meruit ordinari. [fol. 60v^o a]

Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum seruat in eligendo⁶⁷ sacerdote iudicium. Ita grauissime seipsum afficit damno, qui tales constituit quales non merentur esse sacerdotes. Bene ergo dicit, *odisti facta Nicolaitarum, quę et ego odi* [Ap 2,6]⁶⁸. Hic aperte se amicum Deo negat, qui eius placet inimico. Denique ut per secretum se hoc manifestet, narresse misterium, dicit: **Qui habet aurem audiat, quid Spiritus dicat Aecclesiis** [Ap 2,7]. Et Dominus in Eũangelio ait: Verba quę ego loquor uobis spiritus et uita sunt. Ergo⁶⁹ apertam fidei habet aurem, qui per credulitatem bonam, interiori homini⁷⁰ acutissimum prestat auditum. Ipse diuini⁷¹ aeloquii audire poterit uerba, quę Sanctus loquitur Spiritus. **Vincenti dabo edere de ligno uitae, quod est in paradiso Dei mei** [Ap

60. dan corr. en da avec tilde.

61. que corr. en quam par surcharge.

62. quem corr. en quam par surcharge.

63. Un second i gratté.

64. limum corr. en limo.

65. manifeste corr. en manifesta par surcharge.

66. ordinantem corr. en ordinare.

67. um final corr. en o.

68. odii corr. en odi par grattage.

69. qui gratté entre Ergo et apertam.

70. hominis corr. en homini par grattage.

71. o final corr. en i d'une autre main.

2,7]. Praenuntiatio labore Aecclesie, haeticorum peruersitate descripta, delinquentes ad penitentiam coortatos⁷², premia post laborem uincensibus repromittat. Vt lignum uitae pro quo Adam de paradiso expulsus est, ne ab illo quid sumeret⁷³, illi introeuntes, paradysum libere sumendo accipiunt. Sicut ait: Quod est in paradiso Dei mei, ubi aure uitam adspirant, ubi prestant secreta uirtutem, et poma⁷⁴ ligni uitae, eternitatem inmarcescibilem subministrent. Bene ergo dicitur: *uincensibus dabo de ligno uitae, quod est in paradiso Dei mei* [Ap 2,7]. Paradysus Aecclesia est, in⁷⁵ quam⁷⁶ nemo ingreditur, nisi qui Christum pura mente cogno-[fol. 60v° b]-uerit, et eius uestigia ex tota mente, toto corde, tota fortitudine immitauerit, et proximum sicut se ipsum dilexerit. Paradysus enim Ecclesiae figura est. Et primus homo Adam umbra futuri⁷⁷ est. Et secundus Adam Christus sol iusticiae est, qui umbras ceecitatis nostrae illuminat⁷⁸. Et primus Adam, ut ait Apostolus, de terra terrenus est. Secundus Adam de celo celestis est. Modo uero in Ecclesia duo Adam sunt, terrenus, et celestis. Et qualis terrenus, tales et terreni. Et qualis celestis, tales et celestes, quia Adam bipertitus est, uetus et nouus. Vetus est cui lignum uitae non datur attingere, quia noluit deponere ueterem hominem, id est carnalem. Nouus Adam est qui Christo uincensibus mixtus est, et habet ligni⁷⁹ uitae potestatem, qui et semper habuit, et si necdum corpore, spiritu tamen Christo mixtus est. Quia si uincensibus lignum uitae promittitur et ante in Christo multi uicerunt⁸⁰, quia non omnes mortui sunt, sed qui peccauerunt in similitudinem transgressionis Adae. Ceteri uero qui in imaginem et similitudinem Dei permanserunt aut recordati sunt, uiuere dicuntur. Viuunt, quia non est Deus mortuorum sed uiuorum. Duae itaque partes in Adam et ex Adam ad noticiam futuri praefigurate sunt. Una qua⁸¹ se peccasse confessus⁸² est et uiuit; altera qua⁸¹ non resipisci a diaboli laqueis a quo captus est, cui iter ligni uitalis absconsum⁸³ est. Quae⁸⁴ partes statim ut generare cepit, utraeque⁸⁵ Deo sacrificia offerentes⁸⁶.

Sed altera⁸⁷ placens Deo⁸⁸ altera⁸⁷ displicens⁸⁹. Altera prostrata et simplicia⁹⁰ sacrificia hu-[fol. 61r° a]-militer offerens⁹¹, fratris manu moriens. Altera obtunsa,

72. quo corr. en co.

73. summeret corr. par grattage du m.

74. pomam corr. par grattage du m.

75. in ajoutée en interligne.

76. quem corr. en quam.

77. ade ajoutée en interligne.

78. inluminat corr. en illuminat.

79. lignum corr. en ligni.

80. uincerunt corr. en uicerunt par grattage.

81. quae corr. en qua.

82. confessa corr. en confessus.

83. absconsum corr. en absconsum.

84. Quam corr. en Quae d'une autre encre.

85. utramque corr. en utraeque.

86. m final corr. en s.

87. Tilde sur les deux a.

88. placentem corr. en placens Deo.

89. displicentem corr. en displicens.

90. Lettres grattées et cia ajoutée en interligne.

91. Offerentem corr. en offerens.

id est sine sensu et inuidiose offerens⁹¹, quia post occisionem fratris extitit contumax. Vtriusque autem partis, suggestio et progenies. In Cain⁹² et Abel⁹³ declaratur; sic enim dicit Dominus: Maledictus eris tu in terra, quę aperuit os suum accipiens sanguinem fratris tui de manu tua. Terram hominem dicit, quisquis ad Cain parricidia uel odia fratris exercenda perficiendaque susceperit. In Cain, et Abel, omnem omnino populum cognosce intra Ecclesiam constitutum. Vnum bonum, alterum malum. Vnum qui facit iniurias, alterum qui patitur. Hec est ciuitas quam fundauit nomine filii sui. Quid est ergo quod Cain ciuitatem nomine filii sui construxit, nisi quos noueris impios in ac uita esse fundatos. Initium et finem, habere terrenum, ubi nichil plus quam quod uidetur speratur. Sanctos uero ospites esse et peregrinos in terris, id est populus sanctus non facit ciuitatem. Superna est enim eorum ciuitas, quamuis hic pareant ciues in quibus⁹⁴ peregrinantur, donec regni eius tempus adueniat. Habel uero successioni sic dicit: Excitabit⁹⁵ mihi Deus semen alterum pro Habel quem occidit Cayn. Hanc successionem dicit Aecclesiam. Vnde ergo quia non Deus totum Adam uetuit a ligno uite sed partem. Adam enim uiuit in eternum, quod illi sine gustu ligni euenire non posset. Gustauit autem errorem confitendo. Quod si figura futuri non esset, sed solus Adam, ut quid Dominus post sententiam mortis a ligno uite separauit illum⁹⁶, ne gustans uiueret. Non enim ueritus est Dominus ne contra sententiam suam posset [fol. 61r° b] uiuere, etiam si totum uite arborem comedisset.

Sed hoc in figura factum est ut nobis in Ecclesia ueritas pateretur. Nam et corpus et sanguis Domini uita est, sicut idem dicit: Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet uitam⁹⁷ eternam. Numquid omnis qui communicat, uitam eternam habet? Non, quia scriptum est: Qui manducat indigne, et bibit, corpus et sanguinem Domini, iudicium sibi manducat et bibit. Pars enim que⁹⁸ se probat et scit quemadmodum manducat, ipsa sola⁹⁹ ligni uite manducat. Pars uero que excecata est, nec lignum¹⁰⁰ uite, id est¹⁰¹ Christum, attendit, licet manducet hunc panem, procul dubio lignum uite absconditum habet. Sicut ad Iob dicit Deus: Numquid non tu abscondisti ab iniquis lumen? Istis ergo Deus terrena sectantibus lucra, aut certe facientibus tepida uita, celat¹⁰² lignum uite, id est ueram crucem.

Ne sicut scriptum est, oculis¹⁰³ uideant et corde intellegant, et conuersi curentur. Contra hos Domini paradisi muro igneo clauditur, sicut in Zacharia dicit de Ecclesia: Ego ero eis murus igneus in circuitu, dicit Dominus. In gloriam ero, in

92. in ajouté en interligne.

93. Entre Abel et declaratur, in scripturis gratté.

94. i suscrit.

95. Exsuscitabit corr. en Excitabit par grattage.

96. illum remplace un mot gratté, peut-être additum d'après Sanders. .

97. uite corr. en uitam.

98. q; corr. par ue en interligne.

99. solum corr. en sola.

100. lignum ajouté en interligne.

101. lumen corr. en id est.

102. La suite du texte sur la fin de ce folio et le folio suivant est écrite d'une autre main et d'une plume plus fine.

103. oculis corr. en oculis.

medio eius. Lignum uitę in Aecclesia esse apertius in hoc libro manifestat, in Aecclesię discretione, et paradisum et Aecclesia¹⁰⁴, et lignum uitae, dignam penitentiam, id est crucem Christi, quam multi portare uidentur, set Dominum non sequuntur. *Ex utraque, inquit, parte fluminis, lignum uitae¹⁰⁵ faciens fructus XII^{cim}¹⁰⁶, per singulos menses [Ap 22,2].*

Hunc Dominus paradisum et lignum eius uincentibus tribuit.

Paradisus Aecclesia est. Lignum uitę Christus crucifixus est, ex utraque parte fluminis, uel duo testamenta Legis et Euangelii intelligere, uel unda baptismi. Duodecim fructus¹⁰⁷, XII apostoli sunt. Haec uincentibus tribuit, et inimicis crucis suae quorum Deus uenter est, et [fol. 61v^o]¹⁰⁸ Christus in suis cubiculis alter nescio quis, quia non ille noster crucifixus, set eum quem in bestiam caput uelut occisum adorant, id est quasi Christum crucifixum, quem solo nomine nobiscum communem habent, et factis negant. Istis omnino hunc lignum uitę abscondit.

EXPLICIT AECCLESIA PRIMA. INCIPIT ACCLESIA SECUNDA STORIA SUBSEQUENTIS PICTURAE.

Angelo¹⁰⁹ Zmirnae Aecclesię scribe. *Haec dicit primus et nouissimus qui fuit mortuus et uiuit. Scio tribulationem tuam et paupertatem, set diues es et blasphemaris ab his qui se dicunt Iudeos esse et non sunt, set sunt sinagoga Sathane.*

Nichil horum timeas, que passurus es. Ecce incipit diabolus mittere quosdam ex uobis in carcerem ut temptemini, et habebitis tribulationem diebus decem ; esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam uitae. Qui habet aures audiat quid Spiritus dicat Aecclesiis. Qui uicerit, non ledetur a morte secunda [Ap 2,8-11]. FINIT STORIA.

Illustration : Message à l'église de Smyrne (Ap 2, 8-11) :

Sous des arcades, Jean remet le livre à l'ange de Smyrne. ZMIRNÆ ECCLESIA.

Angelo Zmirnae Aecclesię scribe [Ap 2,8]. Zmirne, quod est canticum eorum. **INCIPIT EXPLANATIO,**¹¹⁰ id est eorum qui pulcre confessi sunt catholicam ueritatem. **His loquitur Spiritus Sanctus dicens :** *Hec dicit primus et nouissimus, qui fuit mortuus et uiuit. Scio tribulationem tuam, et paupertatem set diues es [Ap 2,8-9].* Conlaudat opera Aecclesiae suae, [fol. 62r^o a] quod per multas tribulationes contendat ad regnum. Paupertatis elegantiam praefert, quod potenter praesentia contempnit, ut futura mercetur.

Sed diues es abundans fide, et gratiarum ubertate completa. Ille est scilicet humilis, qui dominicum obseruat eloquium¹¹¹ qui dicit :

Beati pauperes spiritu. Qui¹¹² Spiritu Sancto pauper est, flatu quodam elationis inflatus ut uter est. Sciendum uero est, quia grauiore culpe sunt que¹¹³ superdictas¹¹⁴ speties uirtutum imitantur¹¹⁵, quam ille que¹¹³ in aperte cognite

104. e final corr. en a.

105. Un premier faciens a été gratté.

106. cim écrit en interligne.

107. menses corr. en fructus en partie par tus ajouté en interligne.

108. Le texte de ce verso est écrit sur toute la largeur du folio.

109. Initiale rehaussée de couleur et en partie rentrante.

110. Petites capitales rouges rehaussées de jaune.

111. i suscrit.

112. Quia corr. en Qui.

113. ue ajouté en interligne.

114. superducta corr. en superdictas.

animum in confusione deiciunt, atque ad poenitentiam traunt. Iste uero non solum in penitentiam non humiliant sed etiam mentes ¹¹⁶ operantis eleuant, dum uirtutes putantur. Ecclesia ¹¹⁷ parti ¹¹⁸ de istis dicit : **Et blasphemaris ab his qui se dicunt Iudeos esse et non sunt, sed sunt sinagoga Satane** [Ap 2,9]. Multas contumelias Ecclesia ab his sepe sustinet, qui confiteri se asserunt ¹¹⁹ Deo ¹²⁰, et non confitentur, sed congregatio ipso ¹²¹ diabolo auctore colligitur. Hic quoque ostenditur, non speciali tantum Ecclesie loqui, quia non Zmirne tantum fuerunt aut sunt Iudei blasphemantes.

Hostendit propter ea ¹²² foris esse istos Iudeos id est Christianos malos, sicut supradixit de apostolis falsis.

Potuit enim Christianos dixisse Iudeos, quia Iudeus ¹²³ non religiosus ¹²⁴ est. Iuda enim aebrayce, latine confessio dicitur. *Qui se dicunt Iudeos* [Ap 2,9], id est confessores.

Quod si non Iudeos affirmaret ¹²⁵, non diceret, qui se dicunt, et non sunt. Nos enim sumus circumcisio. Nos sumus Iudei, qui [fol. 62r° b] Christum habemus leonem de tribu ¹²⁶ Iuda. Non enim qui palam Iudeus est, id est palam ¹²⁶ religiosus non est ¹²⁷. Nec palam carnis circumcisio, id est, ut ab omnibus uideatur quod facit, ut pro laude humana faciat, sed qui in secreto Iudeus est, id est solum Christo placeat non hominibus. Sicut scriptum est : **Omnis gloria filie regis ab intus. Si autem solum diceret temptasti eos qui se dicunt Iudeos, et non addidisset sinagoga Satane, nullo modo poteramus eos foras asserere, quamuis dixisset blasphemantes. Ostendit, propterea ¹²⁸ foris esse istos Iudeos, dum non dicit, temptasti ¹²⁹ eos qui se dicunt Iudeos sicut supradixit de ¹³⁰ apostolis, qui se dicunt apostolos esse, et non sunt** [Ap 2,9]. Ita et hoc loco potuit Christianos dixisse Iudeos, qui sunt sinagoga Satane. Hec sinagoga in prologo septem Aecclesiarum, si scire uis quid sit, cum Aecclesia plenissime recognoscis. Nunc uero eadem diriuare non uacat ; ne dum discussa replicamus, tardius ad indiscussa ueniamus. Dominus enim noster corpori sui exemplum relinquens in medio sinagoge sancti Israel medio Iherusalem pertulit, Iherusalem interficiens prophetas. Pertulit et sinagoga Satane que est Sodoma et Egiptus, que est congregatio Sinagoge ; siue quod inter nos congregationem in unum habemus ¹²⁶, quia Sinagoga multorum est, Ecclesia uero paucorum sub uno Ecclesie nomen

115. immitantur corr. en imitantur.

116. mentem corr. en mentes.

117. e final corr. en a.

118. s final gratté.

119. adserunt corr. en asserunt.

120. Deum corr. en Deo.

121. ipsorum corr. en ipso.

122. preterea corr. en propter ea, avec ajout de p en interligne.

123. Iudeum corr. en Iudeus.

124. religiosum corr. en religiosus.

125. adfirmaret corr. en affirmaret.

126. Les derniers mots de la ligne sont presque effacés.

127. est ajouté en interligne.

128. preterea corr. en propterea.

129. s gratté entre temp et tasti.

130. de écrit sur des mots grattés.

[62v° a] accepit, et ¹³¹ a peruersis doctoribus una Ecclesia minatur. Sed si una est, cur nos inter nos contendimus, cur illi nos dicunt antichristos et nos illos ? Sed designauit iste Iohannes in sua epistula antichristos, ubi ait : Quicumque confessus fuerit quod Ihesus non est Christus, ipse est antichristus. Iam ergo queramus quis neget, et non attendamus ad linguam sed ad facta. Si enim omnes interrogentur, omnes uno ore confitentur Ihesum esse Christum. Quiescat paululum lingua. Interrogemus si inuenerimus hoc. Si ipsa scriptura nobis dixerit ¹³², quia negatio non tantum in lingua fit sed in ¹³³ factis. Certe inuenimus multos antichristos, qui ore profitentur Christum, et mores dissentiunt a Christo. Ubi inuenimus hoc in Scriptura, Paulum audi apostolum, de talibus cum loqueretur, ait : Confitentur enim nosse Deum, factis autem negant.

Inuenimus et istos antichristos. Quisquis factis negant Christum, antichristi sunt ¹³⁴. Non audio quid ¹³⁵ consonet, sed audio quid uiuat. Opera locuntur, et uerba requirimus ? Quis enim malus, non bene uult loqui ? Sed dicit de talibus Dominus : Ipocrite, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali ? uoces uestras ad aures meas assertis, et cogitationes uestras inspitio, uoluntatem malam ibi uideo, et falsos fructus ostenditis. Noui quid inde colligam.

Non colligo de tribulis ficus ; non colligo de spinis uuas, unaqueque [fol. 62v° b] arbor, a fructu cognoscitur. Magis mendax est antichristus, qui ore profitetur Ihesum esse Christum et factis negat. Ideo mendax est. Aliud loquitur, aliud ¹³⁶ agit. Dominus enim noster corpori suo id est Ecclesie exemplum relinquens, in medio ¹³⁷ sinagoge sancti Israel id est uidentes Deum, in medio sancte Ierusalem pertulit, dicens :

Iherusalem Iherusalem que occidisti prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt ? intelligas de sinagoga Sathan ¹³⁸ dixisse, que est Sodoma et Egiptus, ubi testes eius, id est qui Deo seruiunt, omni die crucifiguntur. Sodoma enim post saturitatem uertitur in cinere, liberato Loth cum filiabus suis. Sed quid est, quod a ¹³⁹ quinquaginta iustis usque in decem, si inueniret Dominus, ciuitatem esse saluandam. Numerum quippe quinquagenarium propter penitentie signum posuit, si forte conuerterentur et saluarentur. Quinquagenarius semper ad penitentiam refertur. Unde et Daud, in eodem numero ¹⁴⁰, psalmum scribit penitentie. Proinde, quando aspicit Deus delinquentium uitam, nequaquam uellet reuerti ad penitentiam, quam quinquagenarius numerus prefiguratur, confestim ardorem inmoderate ¹⁴¹ luxurie conspexit igne gehenne. Usque ad decem autem iustos non perisse Sodomam dixit, quia si in quemlibet per decem praeceptorum custodiam, Christi nomen inueniatur, iste non periret ¹⁴². Denarii

131. t ajouté en interligne.

132. x ajouté en interligne.

133. in ajouté en interligne.

134. antichristus corr. en antichristi sunt.

135. quis corr. en quid.

136. aliut corr. en aliud.

137. i écrit dans l'interligne.

138. h ajouté dans l'interligne.

139. ad corr. en a par grattage du d.

140. numerum corr. en numero.

141. e corr. en œ.

142. re ajouté dans l'interligne.

enim numeri figurari ¹⁴³ perfectus numerus est et crucem Christi demonstrat. Nam et quod quinque sunt ciuitates, qui imbribus igneis conflate [fol. 63r° a] sunt, quid illud est, nisi quod omnes ¹⁴⁴ quiquinque ¹⁴⁵ sensus corporis sui libidinoſe tractauerint, illo diuino incendio concrematuri sunt. Ipse autem Loth frater Abraam iustus est et ospitalis in Sodomis, qui ex illo incendio quod erat in similitudo diuini iudicii, meruit saluus euadere, tippum figurabat corporis Christi, quod in omnibus sanctis et nunc inter iniquos et impios gemit, quorum factis non consentit, ut a quorum permixtione in saeculi finem liberabitur, illi ¹⁴⁶ damnati ¹⁴⁶ supplicio ignis aeterni ¹⁴⁷. Uxor uero eius religiosorum genus figurauit, qui per gratiam Dei uocati, retro respiciunt, et ad ea que dereliquerunt ¹⁴⁸ redire contendunt. De quibus ipse Dominus ait : Nemo ponens manum suam super aratrum respiciens retro, abtus est regno ¹⁴⁹ Dei. Vnde et illa mulier proibetur retro respicere, per quam ¹⁵⁰ nobis ostenderet non esse redeundos ¹⁵¹ ad ueterem uitam, qui per gratiam regenerati, ultimum cupimus ¹⁵² euadere iudicium. Quod uero ipsa ¹⁵³ respiciens remansit, in sale conuersa est, exemplum prestat, ad condimentum fidelium, unde alii saluabuntur. Nam nec ipsu[d] ¹⁵⁴ tacuit Christus dicens : mementote uxoris Loth, scilicet ut nos tamquam sale condiret, ut non factum neglegeremus, sed ut ¹⁵⁵ prudentes caueremus. Hoc enim et illam admonuit, cum in statua salis conuersa est. Illud uero quod ipse Loth ardentem Sodomam fugiens Segor uenit, et nequaquam ad montana conscendit ? Ardentem quippe Sodomam fu-[fol. 63r° b]-gire est, inlicita carnis incendia, uel mundi desideria declinare. Altitudo uero est montium speculatio perfectorum, sed quia multi sunt iusti, qui multas ¹⁵⁶ inlecebras fugiunt, sed tamen in actione positi contemplationis, apicem subire non possunt, hoc est quod exiit quidem Loth de Sodomis, sed tamen ad montana non peruenit, quia dampnabilis uitae relinquitur, sed adhuc celsitudo speculationis subtiliter non tenetur. Inde idem Loth ad angelum dicit : est ciuitas hic ¹⁵⁷ iuxta quam possum fugere parua, et saluabor in ea. Numquid modica est et uiuit in ea anima mea ? Iuxta igitur dicitur, et tamen ad salutem tota peribetur, quia actualis uita nec a mundi curis ex toto discreta est, nec tamen a gaudio salutis aliena. In ipsa autem Loth quando filię concubuerunt cum eo, hoc significat quod tunc ipse Loth futurae legis uidebatur gestare personam, quia ¹⁵⁸

143. ri ajouté dans l'interligne.

144. omnis corr. en omnes.

145. Lire quicunque.

146. s final gratté.

147. aeternus corr. en aeterni.

148. derelinquerunt corr. en dereliquerunt.

149. um final corr. en o.

150. quod corr. en quam par grattage et ajout de uam en interligne.

151. redeundum corr. en redeundos.

152. cupiunt corr. en cupimus.

153. idem corr. en ipsam.

154. Le d final a été gratté par erreur.

155. ut ajouté en interligne.

156. multi corr. en multas avec s dans l'interligne.

157. haec corr. en hic par grattage et surcharge.

158. quam corr. en quia.

quidam ex illa lege procreati et sub lege positi, male intelligendo¹⁵⁹ quodammodo se inebriant, ea quę non legitime seruando, infelicitatis opera pariunt. Bona est enim, ut ait apostolus, lex, si quis eam legitime custodierit. Aegyptu[s]¹⁶⁰ uero decem plagis percutitur, et minime corripitur. Licet illa in Egipto corporaliter gesta sint, spiritualiter tamen, modo geruntur in Aecclesia. Aegyptus namque saeculi forma est, sicut [fol. 63v° a] et Sodoma, sed et illa igne cremata est, ista relicta. De illa tres ab incendio euaserunt, de ista duo terram repromissionis intrauerunt, quamquam multi exissent, sed solum duo dicuntur intrare, et hoc est quod in euangelio ueritas protestatur : Multi uocati, pauci uero electi. Duo ingrediuntur promissionis terram : et duo accepturi sunt repromissionis celestia regna. Id est dilectio Dei et proximi. Tres liberati sunt de incendio Sodome¹⁶¹ et tres liberaturi sunt cum uenerit Christus in gloria iudicare terram. Id est spes, fides et caritas.

¶ I In Egipto, aque primum uertuntur in sanguine. Aque Aegyptię in sanguine sunt uerse, id est erratica et lubrica filosoforum dogmata, quę merito in sanguinem uertuntur, quia in rerum causis carnaliter sentiunt. sed ubi crux Christi modo uhic¹⁶² lumen ueritas ostendit, huiusmodi eum correptionibus arguit, aut ex qualitate plagarum per has decem personas, nunc in Aecclesia proprios agnoscat errores.

¶ II In secunda uero plaga ranę producuntur. Quibus indicari figuraliter arbitrantur carmina poetarum, qui inani quadam et inflata modulatione uelut ranarum sonis et cantibus mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Ranę est enim loquacissime uanitas, nichil enim aliud animal ipsu[d]¹⁶³ utile est, nisi quod sonum uocis, inprobis et inportunis clamoribus reddit¹⁶⁴. [fol. 63v° b]

¶ III Post haec scinifes producuntur. Hoc animal pennis quidem suspenditur per aerem uolitans, sed ita subtile est et minutum, ut ita oculis uisum, nisi acute uidentes effugiat. Corpus autem cum insederit acruissimo pungit aculeo, ita ut cum uolun[ta]te¹⁶⁵ uidere quis non ualet¹⁶⁶, statim sentiat uoluntatem. Hoc enim animalis genus, subtilitati heretice comparatur¹⁶⁷. Quę subtiliter seruorum aculeis animas terebrat, tantaque astucia circumuenit, ut deceptus quisque nec uideat, nec intelligat¹⁶⁸, unde decipiatur. Quod uero in tercio signo magi cessarunt dicentes : hic digitus Dei est. Magi illi tippum hereticorum atque animositatem habuerunt. Declarat hoc apostolus dicens : *Sicut Iamnes et Mambres resisterunt Moysi, sic et hii resistunt ueritati homines mente corrupti et reprobis circa fidem, sed ultra non proficiunt ; dementia eorum manifesta erit omnibus hominibus ; sicut et illorum fuit [Ap 3,8].* Hii autem qui per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in signo tertio defecerunt, fatentes sibi aduersum esse Spiritum Sanctum qui erat in Moysen. Tertio enim loco ponitur Spiritus Sanctus, qui est spiritus

159. intellegendo corr. en intelligendo.

160. Tilde effacé sur le u final.

161. in Sodoma corr. en Sodome par grattage et surcharge.

162. Sic. Corr. huic.

163. Le d final a été gratté par erreur.

164. reddet corr. en reddit par surcharge.

165. ta a été gratté en début de ligne par erreur.

166. uelit corr. en ualet.

167. n gratté devant tur.

168. intellegat corr. en intelligat.

digitus Dei, unde et illi deficientes in tertio signo, digitus Dei est hic. Sicut autem conciliatus et placatus Spiritus Sanctus requiem prestat mitibus et humilibus corde, ita contrariis¹⁶⁹ et aduersariis inmites ac superbos, inquietudinem exagitat. Quam inquietudinem, musce, ille bre-[fol. 64r^o a]-uissime significauerunt, dicentes : digitus Dei est hic.

- ¶ III Quarto loco, Egiptus muscis percutitur. Musca enim, nimis inportunum et inquietum animal est. In qua quid aliud significat, nisi cura¹⁷⁰ desideriorum carnalium ? Aegiptus ergo muscis percutitur, quia eorum corda, qui¹⁷¹ h[u]nc¹⁷² saeculum diligunt, desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur¹⁷³. Porro septuaginta interpretes, cynomium, id est caninam muscam posuerunt, per quam canini mores significantur, in quibus graue¹⁷⁴ mentis inportuna¹⁷⁵ uoluntas, et libido carnis arguitur. Potest quidem hic locus significari, aetiam per muscam caninam forensis hominis¹⁷⁶ eloquentiam, qua ueluti canis¹⁷⁷, alterum lacerat¹⁷⁸.
- ¶ V Iam uero quinto in loco animalium morte uel pecudum¹⁷⁹ Aegiptus flagellatur, insipientia in hoc arguitur. Stultitiaque mortalium, que tamquam inrationabilia pecora¹⁷⁸ cultum et uocabulum Dei inposuerunt, sculptilibus figuris et animalibus insensatis. Non solum figuris¹⁸⁰ hominum et pecudum¹⁸¹ sed ligno et lapidibus impressis, Ammonem et Iouem in ariete uenerantur et Annubem in cane. Apim quoque colentes in tauro. Cetera quoque Egiptus, deorum¹⁸² portenta miratur, et in quibus cultum¹⁸³ credebant inesse diuinum, in his uiderunt miseranda supplicia.
- ¶ VI Ulcera post hec uesice cum feruore¹⁸⁴ sexto in uerbere produntur. In ulceribus arguitur dolosa huius saeculi, et purulenta malitia. [fol. 64r^o b] In uesicis tumentia elata superbia, in feruore ire¹⁸⁵ ac furoris insania. Hucusque enim, talia per errorum suorum figuras mundo, supplicia temperantur.
- ¶ VII Post haec uero uerba audiunt de supernis, uoces scilicet tonitruui et grandinem et ignem¹⁸⁶, uiderunt¹⁸⁷ discurrentes¹⁸⁸. In hac uoce¹⁸⁹ tonitruui¹⁹⁰, increpationes,

169. rius corr. en riis par grattage.

170. cure corr. en cura par surcharge.

171. in gratté après qui.

172. u gratté.

173. i ajouté en interligne.

174. grandi corr. en graue par grattage et surcharge.

175. inportune corr. en inportuna par surcharge.

176. forensem hominum corr. en forensis hominis par grattage et surcharge.

177. canes corr. en canis par surcharge.

178. alterutro se lacerant corr. en alterum lacerat.

179. Un premier c gratté.

180. figuris ajouté en marge.

181. v ajouté en interligne au-dessus d'un o maintenu.

182. Un second e gratté entre de et orum.

183. Dans la marge, une boucle surmontant deux tilde.

184. feruuris corr. en feruore.

185. in feruuris ira corr. en in feruore ire.

186. tonitrua et grando et ignis corr. en tonitruui et grandinem et ignem.

187. uiderunt ajouté en interligne.

188. s final gratté et tes ajouté en interligne.

189. uoce ajouté en interligne.

190. s final gratté, ainsi que enim en début de ligne suivante.

ac diuinę correctiones, intelliguntur ¹⁹¹. Quia non cum silentio flagellat, sed dat uoces, et doctrinam celitus mittit ¹⁹², per quam possit culpam suam castigatus agnoscere ¹⁹³ mundus; dat et grandinem, per quam tenera adhuc uastentur nascentia uitiorum. Dat et ignem, sciens esse spinas et tribulos quos debebat ignis ille depasci, de quo ¹⁹⁴ dicit Dominus:

Ignem ueni mittere in terram. Per hunc enim incentiua uoluntas ¹⁹⁵ libidinis consumatur.

- Γ VIII Quod autem locustarum octauo in loco fit mentio, putatur a quibusdam per hoc genus plage discidentis humani generis inconstantia confutari. Alio quoque sensu locustę pro mobilitate leuitatis accipiende sunt, tamquam uagę et salientes animę in saeculi uoluntates.
- Γ VIII Nona plaga tenebrę factę sunt, siue ut in mentibus ¹⁹⁶ eorum cęcitas arguatur ¹⁹⁷, siue ut intelligant ¹⁹⁸ diuinę compensationis et prouidentię, obscurissimas esse rationes. Posuit enim Deus tenebras latibulum suum quasi illi audacter et temere perscrutari cupientes et alia ex aliis asserentes ¹⁹⁹, in crassas et palpabiles ignorantię tenebras ²⁰⁰ deuoluti sunt. [fol. 64v^o a] Ad ultimum delentur primogenita Egiptiorum, siue principatus et potestates et mundi rectores tenebrarum, siue auctores et inuectores falsarum quę in hoc mundo fuerunt religionum, quas Christi ueritas cum suis extinxit auctoribus. Porro quod sequitur, in diis eorum fecit iudicium, illud Ebrei extimant quod in nocte qua egressus est populus omnia in Egipto templa destructa sunt ²⁰¹. Nos autem dicimus spiritualiter quod egredientibus nobis ex Egipto istius saeculi, errorum idola corruant, et omnis peruersorum dogmatum cultura quatiatur. Haec est Egiptus et Sodoma, quę nunc contra Eclesiam pugnant. Illa ²⁰² decem iustis ²⁰³ minime repertis ²⁰⁴ igne crematur ²⁰⁵. Ista decem plagis afflicta minime corripitur. Et ubi in hoc libro Sodomam et Egiptum inueneris, hanc auctoritatem requiras. Et ubi synagogam nominaueris, hanc Sodomam et Egiptum esse cognosce. Suo namque ²⁰⁶ corpori suo ²⁰⁷ ore locutus est Dominus per prophetam. Circumdederunt me canes multi, synagoga malignantium obsedit me. Et iterum: Aperta est terra et deglutiuit Datan et operuit super synagogam Abiron; exarsit ignis in synagoga eorum. Quia inritauerunt Moysen et Aaron, sanctum Domini sacerdotem, et sacrificandi licentiam pro suis conatibus expenderunt. Per quos

191. e corr. en i.

192. mittet corr. en mittit par surcharge.

193. t final gratté.

194. qua corr. en quo.

195. uoluntatis et corr. en uoluntas par grattage de ti et de et.

196. mentis corr. en mentibus par surcharge.

197. arguitur corr. par a suscrit.

198. e corr. en i par surcharge.

199. adserentes corr. en asserentes par surcharge.

200. tenebrę corr. en tenebras par surcharge.

201. sunt corr. en sint.

202. illic corr. en illa.

203. iustos corr. en iustis par surcharge.

204. repertos corr. en repertis.

205. n gratté avant tur.

206. et gratté après namque.

207. corporis sui corr. en corpori suo.

itaque significantur hii qui hereses et scismata nunc in saecula facere conantur, et multos secum traendo decipiunt, contemp-[fol. 64v° b]-nentes sacerdotes Christi et se a clero eius multique societate segregantes, constituere audent Aecclesias et aliut altare precemque alteram inlicitis uocibus fatiunt, dominice hostię ueritatem, per falsa sacrificia profanantes ; hii qui contra Dei ordinationem nituntur ob temeritatis audaciam, terre conpagibus ruptis, uiuentes profundo iactu²⁰⁸ merguntur. Nec tantum hii qui duces errorum sunt, sed et illi qui consensiendo²⁰⁹ participes eorundem facti sunt, in ignem aeterni supplicii p̄parata ultione pereunt²¹⁰. Haec sinagoga que Moysi contradixerat²¹¹, nunc Aecclesie contradicit, que antequam ex parte proderetur, sub unius sinagoge nomine, aduocata, militabat. Hanc sinagogam, memorat Iheremias in Aecclesia, dicens : Domine omnipotens non sedi in concilio irrisorum²¹², sed timebam a faciē manus tuae, singulariter sedebam. Utique animo nonnumquam²¹³ de medio eorum recessi²¹⁴, ubi nec alterum templum in quo singularis sederet, nec alter populus ut separatus fuisse monstratur. Nam et Nichodemus²¹⁵ maiorum a²¹⁶ concilio assertione²¹⁷ legis alienus fuit. Haec est sinagoga, cui filius Dei dicit in Eccclesia : Vos de diabolo patre estis, et desideria patris uestri uultis facere ; illic est uia angusta, illic et lata. Sed numquid ambē in uię Domini congregantur aut miscentur ? Scriptum est enim in Ose²¹⁸ : Iustę sunt uię Domini, iusti ambulabunt in eis. Impii autem, infirmabuntur in eis. [fol. 65r° a]

Unde ortatur Aecclesiam suam ne timeat eos qui occidunt corpus et postea nichil habent quod faciant dicit : **Nichil horum timeas, quae passurus es** [Ap 2,10].

Futuras tribulationes et²¹⁹ ingerenda ab impiis mala significat, et confortat fideles suos, ne persecutionum molestiis terreantur. Sic dicit quasi uni, quia omnes sancti in hoc mundo, dum uiuunt, unum sunt, quia animam unam et cor unum in Christi karitate iungunt, et est una Aecclesia. Quia sicut Christus et Eccclesia capud cum membris unum sunt, ita et omnes mali, cum diabolo, qui capud eorum est, unum corpus sunt²²⁰, et cum dicit *nichil : timeas ex his quae passurus es* [Ap 2,10], utique tot corpus²²¹ diaboli quod in toto mundo intus ac foris obsidet Aecclesiam, significat aetiam quid pati ualeat, aut quid inimicis possit ingerere.

Ecce missurus est diabolus, ex uobis in carcere, ut temptemini et habebitis tribulationem diebus decem [Ap 2,10].²²²

208. iactu ajouté en interligne.

209. t corr. en c.

210. peribunt corr. en pereunt par grattage et v suscrit.

211. n gratté avant le t final.

212. in initial orrigé en ir.

213. nam corr. en non.

214. t final gratté.

215. h ajouté en interligne.

216. a ajouté en interligne.

217. ad initial corr. en as.

218. Une lettre grattée après Ose.

219. et ajouté en interligne.

220. est corr. en sunt.

221. corpori corr. en corpus.

222. Sanders donne ici le texte suivant, sans signaler en note son absence dans S : **83** Nec illud quidem temere puto esse dicendum sive credendum, quod nonnullis visum est vel videtur, non amplius ecclesiam esse passuram persecutiones ad tempus antichristi, quam quod iam

Sicut enim in primordiis ²²³ Aecclesię catholicae, postquam Christus ascendit ad cęlos, apostoli quibus ²²⁴ hec dicta sunt, pene adhuc ipse ²²⁵ cum eis antequam ascenderet iam incoavit Ecclesia ²²⁶ pati, et post discessum creuit passio et multe tribulationes sunt Aecclesiae inrogatae, ita ut puplice proprium funderet sanguinem pro Christi nomine, quem Iudei uetabant nominare. Ita futurum esse cognouimus, dum aduenerit Antichristus. Licet et nunc multa per loca uaria uel regiones ab hereticis et gentilibus sepe sustineat, sed *diebus*, inquit ²²⁷, *decem tribulationem habebitis* [Ap 2,10]. Decem diebus quos dicit totum tempus istius saeculi posuit, quia decem pro eloquendi modo dicimus, sicut centum, sicut mille, id est perfectum numerum istius saeculi completum. Ac si diceret: Tribulationem habebitis quasi solum diebus decem qui finem habent, si ad perhennitatem futurę beatitudinis praesentia quę toleratis mala pensetis, tam par-[fol. 65r° b]-ua sine dubio reputabitis, tam uelociter transeuntia tamquam decem dies. Unde et apostolus dicit: Existimo quod non sint condignę passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis.

Confortat itaque suos et dicit: **Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam uitę** [Ap 2,10]; Et in Euuangelio Dominus loquitur: Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Potest enim fieri ut qui male uixerit et in finem uitae suae ad penitentiam redierit, et recte Deum crediderit et Aecclesiam matrem cognouerit. Licet ipsa hora hec fecerit, qua mori poterit, a peccato solutus erit. Potest iterum qui bene uixerit, si in finem uitę suae, a iusticia excesserit, non potest solutus esse si sic obierit, quia usque in finem non perseuerauit. Unusquisque in finem aut iustificabitur, aut condempnabitur. Talem iudicat Dominus, qualem in finem inuenerit. Damnat aut coronat, sicut scriptum est.

passa est, id est decem; undecima eademque novissima sit sub antichristo. **84** primam quidem computant a Nerone, quae facta est; secundam a Domitiano, tertiam a Traiano, quartam ab Antonino, quintam a Severo, sextam a Maximiano, septimam a Decio, octavam ab Aureliano, nonam a Valeriano, decimam a Diocletiano et Maximiano; **85** per hos decem reges passa est ecclesia; ab ascensione Christi usque ad concilium Nicenum per annos ducentos quinquaginta, **86** strages factae sunt martyrum, sicut per hunc Apocalipsin Iohannis Dominus dicit: *habebitis tribulationem diebus decem* [Ap 2,10], pro decem regibus. **87** stabat diabolus in specie humana mutatus; contra Christianos dicebat: quid colitis Iesum crucifixum hominem Iudaeum, nullius momenti hominem? incitabat principes mundi ut mortem inferrent qui in Christo credidissent. **88** postquam uero praedicatum est toto orbe euangelium, ipsi reges, quorum legibus vastabantur ecclesiae, in omnibus salubriter subderentur martyribus, quos de terra crudeliter auferre conati sunt, et falsos deos inciperent persequi, quorum causa cultores Dei veri fuerant antea persecuti, templa deorum dextrui et basilicas in nomine martyrum fabricari; **89** uidens ista diabolus aptavit se in uestem religionis sub nomine Christianitatis et de Christo pugnat contra Christum; hereticos in ecclesia movit, et nunc ipsa est undecima persecutio antichristi, **90** postquam totum orbem peragravit euangelium Christi. spiritualis quidem in ecclesia est persecutio ista falsa, atque deceptiosa, ut tamen porro docti intellegant eam, nec intellegant omnes impii, quia tali subtilitate se diabolus in cultu mutat religionis, et quo facilius possit decipere sub nomine Christianitatis, uera miscet falsis, ut magis opinando quam credendo suos suscitaret praedicatores.

223. *Le premier i suscrit.*

224. *cuius corr. en quibus avec i suscrit.*

225. *ipso corr. en ipse.*

226. *m final gratté.*

227. *t final corr. en d.*

Ipse iudicabit extrema terrę. Et qui in hoc mundo non parcit animę suę, uel mortem pro fide susceperit, aut usque ad mortem in fide Christi perdurauerit, ipse saluus erit, et ipsi sine dubio, uitę corona praestabitur. Admonet frequenter, ut qui ²²⁸ interiori ²²⁹ homini ²²⁸ fidelem praestat auditum, exhibeat aures ad audiendum attonitus, ut cognoscat quid per Spiritum Aecclesiis indicabitur, quibus dicitur : **Qui uicerit non ledetur a morte secunda** [Ap 2,11]. Qui aut in passione tolerantiam gesserit aut indubitata fidem usque ad consumationem seruauerit, mortis secundę liberabitur exitio.

Post hęc eloquia indicat eundem Dominum et rumpheam, hoc est gladium ex utraque parte acutum, quod Uerbum Dei esse docetur, ex ore eius egredi manifestat.

Et significat Aecclesiam habitare in saeculo isto, ubi sedes est Sathaneę. EXPLICIT AECCLESIA SECUNDA. [fol. 65v^o] ²³⁰

INCIPIE AECCLESIA TERCIA IN LIBRO SECUNDO.

Angelo ²³¹ *Pergami Aecclesię scribe* : Hęc dicit qui habet gladium ex utraque parte acutum. Scio ubi habitas, ubi thronus est Sathaneę, et tenes nomen meum et non negasti fidem meam. In diebus Antiphās testis michi fidelis, qui occisus est apud uos ubi Sathanas habitat. Sed habeo aduersus te pauca, quia habes ibi tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, ut manducarent idolis immolata et fornicarentur. Sic habes et tu tenentes doctrinam Nicholaitarum. Qui habet aures audiat, quid Spiritus dicat aecclesiis. Uincenti dabo manducare manna absconditum, et dabo ei calculum candidum, et supra calculum nomen meum nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit [Ap 2,12-17]. EXPLICIT STORIA.

[65v^o] **Illustration** : **Message à l'église de Pergame** (Ap 12-17) :

Sous une arcade, Jean remet le Livre à l'ange de l'église de Pergame : IOHANNES. ECCLESIA PERGAMI.

[fol. 66r^o a] **INCIPIE EXPLANATIO SVPRASCRIPTE ECCLESIE.**

Angelo ²³² *Pergami Eccclesię scribe* : Hęc dicit qui habet gladium ex utraque parte acutum. Scio ubi habitas, ubi sedes est Sathane [Ap 2,12-13] ²³³.

Omnis Aecclesię dicit, quia ubique Sathanas habitat; thronus autem Sathaneę, homines mali sunt. Reuertitur ad spetiem, quia licet ista sola dicat, ubi thronus est Sathaneę, tamen in ista septem figuratę sunt. Tocius septiformis Eccclesię gesta sunt, spetialiter quae increpat aut laudat dicens : **Et tenes nomen meum et non negasti fidem meam. In diebus Antiphās** ²³² **testis meus fidelis, qui** ²³⁴ **occisus est apud uos, ubi Sathanas** ²³² **habitat; sed habeo aduersus te pauca** [Ap 2,13].

Utique aduersus alia membra, non ea quibus dicit et *non negasti fidem meam*; sed ad ea membra dicit, se habere quę diximus thronum esse Sathaneę ²³², ubi tenent doctrinam Balaam quibus dicit : **Quia habes ibi tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, ut manducarent idolis**

228. i suscrit.

229. s final gratté.

230. Texte de ce verso écrit sur toute la largeur du folio.

231. Grande initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur 2 lignes.

232. Grande initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur 2 lignes.

233. h ajouté en interligne.

234. a final gratté.

inmolata et fornicarentur [Ap 2,14]. Postquam dixit ibi habitas ubi thronus est Sathane²³², id est ubi temptatio non deficit, et perditio multos efficit reos, laudat Aecclesiam quod teneat confessionem nominis Christi ; et non neget fidem suam, etiam et cum fide martirum honore decoretur, et ab ipsis hoc patiat, ex quibus Christus passus est. [fol. 66r° b] qui unus Antiphas²³² testis fidelissimus nuncupatur. Qui occisus est in saeculo isto, ubi Sathanas²³² qui latine aduersarius dicitur habitare. Sed tamen habet aduersus Ecclesiam Dominus, aliquid eo quod sint tenentes doctrinam Balaam.

Balaam enim interpretatur latine uanus populus siue sine populo, eo quod et ille uanus fuit, et populum uanum genuit, uel absque substantia. Balaam enim tippus est aduersarii, qui non congregauit populum ad salutem, nec in multitudinem saluande plebis gaudet. Sed dum omnes perdidit et sine populo uel absque substantia remanserit, tunc exultat. Ipse est qui docuit Balac mittere scandalum coram filiis Israë. Balac enim latine dicitur praecipitans siue deuorans. Ipse praecipitauit Israel, ut consecraretur idolo Fegor.

Et deuerat eos morsibus uoluptatis et luxurie. Ad huius similitudinem dicit, etiam Ecclesiam habere qui tenet doctrinam Balaam, qui sunt in Ecclesia ypocrite, et hoc habent principale opus edere, et fornicari, id est comedere scripturas, et fornicationem facere spiritualementem, ut de foris pareant hominibus iusti et intus sunt mali.

Sicut Dominus dicit : Intus autem pleni sunt rapina et [in]continentia ; sed et omne opus malum. Idolatria uero est fornicatio spiritualis, qui se putat recte uiuere, sed per ypocritarum exempla non miscitur in Ecclesia, sed cum sinagoga [fol. 66v° a] operibus fornicatur. Balaam quoque opere²³⁵ prophetie spiritu eleuatus erat, sed adsumptus non erat. Quia et ueraciter potuit longe post futura prospicere, sed tamen a terrenis desideriis mentem noluit separare. Sed hac in re subtili inquisitione necesse est ut semetipsum animus inuestiget, ne fortasse uel laudis gloriam querat, et animorum lucra se, querere, nostram cogitationem simulet.

Sepe enim sui nominis laudem animus pascitur, et quasi sub obtentu lucrorum spiritualium cum de se bona Dei cognouerit letatur. Et sepe suę glorie defensione contra detrahentes irascitur et fingit sibimet quod hoc ex eorum zelo faciet, quorum corda a bono itinere detrahentis, sermo perturbat. Sancti uero aliquando uirtutes suas predicant, ut exemplo suo ad uitam trahant. Unde Paulus, que tanta pro ueritate sustinuit, quotiens lapidatus, naufragium passus, quod in paradiso ductus sit Corintiis narrat, ut eorum sensum a falsis predicatoribus auertat. Quod perfecti cum uirtutes proprias locuntur, in hoc quoque Omnipotentis Dei imitatores²³⁶ sunt, qui laudes suas hominibus loquitur²³⁷, ut ab omnibus cognoscatur. Nam cum per scripturam suam praecipiat dicens : Laudent te alieni et non os tuum, quomodo facit ipse quod prohibet, set si uirtutes suas Omnipotens Dominus taceret, si eum nullus agnosceret, nullus ama-[fol. 66v° b]-ret. Si nullus amaret, nullus ad uitam rediret.

Unde per psalmistam dicitur : Uirtutem operum suorum adnunciauit populo suo. Iusti atque perfecti non solum cum uituperationis suę uerbis reprehendunt, sed

235. opera corr. en opere.

236. imitatores corr. en imitatores.

237. i suscrit.

etiam cum uirtutibus quas habent infirmis locuntur, reprehensibiles non sunt, quia per suam uitam quę fecerant aliorum animas ad uitam querunt, et numquam bona sua abscondunt, nisi eos ut dixi aut proximorum utilitas, aut certe nimia necessitas cogat.

Hinc ad Ezechiel dicitur : Increduli et subuersores sunt tecum et cum scorpionibus habitas. Increduli dicet Deo, subuersores uero, infirmantibus proximis. Scorpiones autem etiam fortibus ac robustis. Quibus et in faciem contradicere non possunt²³⁸, occulte tamen uulnus inrogationis infigunt. Nam aliquando aliquis per timorem elationis loquitur, et loqui se per auctoritatem libertatis existimat.

Et aliquando alius per stultum timorem tacet, et tacere se per humilitatem putat. Ille locum sui regiminis adtendens non nititur²³⁹ sensum tumoris ; iste locum suę subiectionis considerans, timet dicere bona quę sentit et ignorat quantum caritatis²⁴⁰ reus efficitur tacendo, uero sub auctoritate superbię, et humanus timor sub humilitate se palpat, ut sepe nec illa ualeat²⁴¹ considerare quid²³⁶ Deo, nec iste quid debeat proximo.

Nam ille eos qui sibi subiecti sunt conspicit, et ei [fol. 67r° a] cui omnes subiacent non intendit. In elatione adtollitur, et de elatione²⁴² sua²⁴³ uelut de auctoritate gloriatur. Iste²⁴⁴ uero nonnumquam dum timet ne maioris gratiam amittat, atque per hoc aliquid temporalis damni sustineat, res quę intelligit occultat, atque apud se tacitus ipsum timorem quo²⁴⁵ constringitur, humilitatem nominat, sed eum cui nichil uult dicere, tacendo in cogitatione diiudicat. Fitque ut unde se humilem extimat, inde grauius sit superbus. Discernende²⁴⁶ ergo semper sunt libertas et superbia, humilitas et timor, ne aut timor humilitatem, aut se superbia libertatem fingat. Ezechiel itaque qui non solum populo, sed etiam senioribus loqui nitebatur, ne incautum timorem non debeat, admonetur dum dicitur : Ne timeas eos ; ac²⁴⁷ ne forte derogationi²⁴⁸ eorum uerba pertimesceret, adiungitur. Neque sermones eorum timeas. Cur autem linguas derogantium timere non debeat, aetiam causa subiungitur, cum protinus subinfertur. Quoniam increduli et subuersores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas. Timendi enim essent hii quibus loqui nitebatur²⁴⁹, si in fide et opere omnipotenti Deo placuissent. Qui autem increduli et subuersores sunt, in suis sermonibus derogantes timendi non sunt. Quia stultum ualde est, si illis placere querimus, quos non placere Domino scimus. Debent autem habere²⁵⁰ metu²⁵¹ reuerentiam inditia iustorum, quia

238. ex gratté après possunt.

239. Tilde sur le premier i.

240. s final gratté et remplacé par tis en interligne.

241. a ajouté en interligne.

242. m final gratté.

243. Tilde gratté sur a.

244. s ajouté en interligne.

245. quod corr. en quo.

246. a final corr. en e.

247. hanc corr. en ac par grattages.

248. s final gratté.

249. n gratté devant tur.

250. in gratté devant metu.

251. metuum corr. en metu ; et gratté devant reuerentiam.

membra Dei omnipotentis sunt, et hos²⁵² ipsi in terra reprehendunt, quos Dominus redarguet de cęlo. Nam peruer-[fol. 67r° b]-sorum detractio, uite nostrae adprobatio est; quia iam ostenditur, nos aliquid iustum habere ante Deum, si incipimus illis²⁵³ displicere²⁵⁴, qui non placent Deo. Nemo etenim potest in una eademque re Omnipotenti Domino atque eius hostibus gratus existere. Nam Deo se amicum negat, qui eius placet inimico. Et inimicus ueritatis aduersabitur, qui eidem ueritati in mente subiugabitur. Vnde sancti uiri in uocis libere increpatione succensi, ad sua odia excitare non metuunt, quos Deum non diligere cognoscunt. Quod propheta ardentem exhibens creatori omnium, quasi in munere obtulit dicens: Nonne qui oderant te Deus, oderam illos, et inimici facti sunt michi? Ac si aperte dicat: Pensa quantum²⁵⁵ te diligo, qui tuorum hostium excitare contra me inimicitias non pertimesco. Hinc iterum dicit: Qui retribuiebant michi mala pro bonis, detraebant michi, quoniam subsecuti sunt iusticia. Bonum ualde est quod iustus tribuit, quando male agentibus libera uoce contradicit. Sed hic peruersi mala pro bonis retribuunt, cum iustis derogant, quia contra eos iusticie defensionem seruant. Non enim iusti humana iudicia, sed ęterni Iudicis examen aspiciunt, atque ideo detraentium uerba contempnunt. De quibus adhuc subditur: Tu autem Fili hominis, audi quecumque loquor ad te et noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est, id est mala²⁵⁶ que fieri conspicias ipse non [fol. 67v° a] fatias, ne hoc quod proibere²⁵⁷ niteris²⁵⁸ ipse committas²⁵⁹. Omnis enim pędicator, intenta semper debet²⁶⁰ mente pensare, nequissimor²⁶¹ lapsos erigere, ne²⁶² ipse in prauitate operis cum lapsis cadat. Et ne²⁶⁰ Pauli hunc apostoli sententia feriat dicens: In quo alterum iudicas, te ipsum condempnas. Vnde Balaam Dei spiritum repletus ad loquendum, sed tamen in carnalem uitam suo spiritu retentus, de semetipso²⁶³ loquitur dicens: Dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam altissimi, et uisiones Omnipotentis uidet, qui cadens apertos habens oculos. Cadens apertos oculos habuit, quia rectum quod diceret uidit, sed recte uiuere contempsit. Cadet uidelicet in peruerso opere et apertos habens oculos in sancta predicatione. Est tamen aliud, quod possit intellegi. Cur beatus Ezechiel qui ad praedicationem mittitur, esse²⁶⁴ exasperans proibetur; nisi ad loquendum uerba comitebatur²⁶⁵ obediret omnipotenti Deo²⁶⁶, sicut populus de peruerso opere, sic propheta de suo silentio exasperasset. Nam sicut mali Deum²⁶⁷ exasperant, qui locuntur uel

252. hoc corr. en hos.

253. incipimus illis écrit sur des mots grattés.

254. dis ajouté dans la marge; cire corr. en cere.

255. quanto corr. en quantum, par ajout de u avec tilde sans que le o soit supprimé.

256. male corr. en mala.

257. Lire prohibere.

258. es final corr. en is.

259. Un m ajouté en interligne.

260. debeat corr. en debet.

261. um final gratté.

262. ne ajouté en interligne.

263. um final corr. en o par grattage et surcharge.

264. esse ajouté en interligne.

265. Un premier m gratté.

266. Dominum omnipotentem corr. en Deo omnipotenti.

267. Le tilde sur u final est doublé par un m ajouté.

fatiunt mala, ita et aliquando boni exasperant Deum, qui tacent bona. Illis itaque culpa est peruersa agere, istis uero culpa est recta tacere. In hoc enim cum malis etiam boni simul Deum exasperant, qui cum peruersa non increpant eis, sed per suum silentium profici-[fol. 67v° b]-endi licentiam prestant. Haec est in Ecclesia idolatria et fornicatio spiritualis, quae exordium dicit ex doctrina Balaam. **Sic habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum** [Ap 2,15]. Id est hereticorum dogma sectantes. Suadet aetiam ipsis ut conuertantur ad Dominum et agant poenitentiam, ne in gladio oris sui bellare cum eis incipiat, dum ad iudicium ueniens, interrogauerit unumquemque de operibus suis, frequenter admonens dicit : *Poenitentiam age. Quod si nolueris, uenio tibi cito et debellabo eos oris mei gladio* [Ap 2,16]. Ad ipsam partem dicit debellandam, quem semper increpat. **Qui habet aures audiat, quid Spiritus dicat Aecclesiis. Vincenti dabo manducare, de manna abscondito** [Ap 2,17]. Id est de pane qui ²⁶⁸ de celo descendit. De quo pane in cotidiana prece dicimus : Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Nostrum dicimus, sed cum illo est, et nisi petierimus non accipimus ; huius panis figura manna in ore meo, sed non est omnibus notum. Nam multi manducantes mortui sunt. Sicut Dominus dicit : Manducauerunt manna in heremo et mortui sunt. Ex eodem manna alii manducauerunt et mortui non sunt, sicut Moyses et ceteri. Non enim illum panem inprobabit, sed absconditum ostendit. Idem namque fuit ille panis, qui nunc est in Aecclesia. Sicut scriptum est : Eundem cibum spiritualem manducauerunt. Etiam modo manducatur [fol. 68r° a] panis spiritualis, sed non est omnibus panis uite. Qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat. Id est qui legit scripturas panem manducat, sed si quod legit non facit, iudicium sibi manducat. Per hoc legimus scripturas, ut Christum cognoscamus, et per Christum Trinitatemque unus Deus est recte credamus. Hoc ²⁶⁹ est solidus cibus ; hoc ²⁷⁰ est manna absconditum. Sicut scriptum est : Panem celi dedit eis, panem angelorum manducauit homo. Quia cum Patre et Spiritu Sancto semper aequalis creditur in principio, et angeli ²⁷¹ diuinitatis eius fruuntur intuitu, nunc uerbum caro factum est et habitauit in nobis. Hic est panis qui de celo descendit. Si quis ex ipso manducauerit, non morietur, sed habebit uitam aeternam. Hic est panis absconditus, qui ²⁷² non datur nisi legitime certantibus, et in amore Dei et proximi perseuerantibus. Hoc ²⁷³ est manna quod ²⁷⁴ nemo accipit, nisi qui petit. Quem nemo petit, nisi quem Deus gratuita miseratione inluminauerit et ad poenitentiam traxerit. Quia secundum Apostolum, cui uult miseretur et quem uult obdurat. Miseretur magna bonitate. Obdurat, nulla iniquitate, quia iniquitas in Deo non est. Sed unusquisque funibus peccatorum suorum adstringitur, ut per lutum et ceram. Luto ²⁷⁵ instringitur, et cera mollitur, cum equalis feruor aut calor solis habetur. [fol. 68r° b] Cui imputandum est, soli ²⁷⁶ aut luto ? Absit, ut soli qui equalem claritatem non

268. que corr. en qui.

269. haec corr. en hoc.

270. hec corr. en hoc.

271. de gratté après angeli.

272. que corr. en qui.

273. hic corr. par grattage et ajout de o en interligne.

274. d ajouté en interligne.

275. Lutum corr. en Luto.

276. s final gratté.

mutauit ; ita nec Deo inputandum est. Sol quippe in fulgore est, et uniuscuiusque opus in manifestatione sicut scriptum est : Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona et glorificent patrem uestrum qui in cęlis est. De cera autem non uacat tropum inquirere, cuius natura cognoscitis de uirginitate procedere. Lutum uero peccatum ²⁷⁷ est, ut ait ²⁷⁸ : canis reuersus ad uomitum, et sus, lota ad uolutabrum ²⁷⁹ luti ; quia necdum ęuangelio credunt et in luto incrudelitatis uitiisque uersantur. Non est ergo Deo ²⁸⁰ inputandum, qui uult omnem hominem saluum fieri, et ad agnitionem ueritatis uenire. Istis ergo data est manna, qui aeuangelio credunt, et quę in eo scripta sunt intenta mente fatiunt. Hunc panem qui de Aegypto exierunt omnes manducauerunt, sed non omnes terram repromissionis intrauerunt. Hunc panem nunc de Eęgypto saeculi quę latine dicitur tribulatio, exeuntes ²⁸¹ omnes manducant, sed non omnes paradisum intrant. Quod quidam ignorantes uiam, quasi per heremum istius saeculi, spiritali ²⁸² fame ²⁸³ cotidie pereunt. Quod si in uia intrassent, id est in Christo qui dixit : ego sum uia, et sic hunc panem manducassent, nequaquam in heremo id est in ignorantia litte-[fol. 68v° a]-rarum morentur. Sed plano uestigio cum Ihesu duce repromissionis paradisi terram, ouantes ingrederentur. Quia, ut Apostolus ait : in Christo Ihesu neque circumcisio aliquid ualet, neque preputium sed noua creatura. Non enim magni est meriti, si quid foris erga nos agatur in corpore, sed pensandum ²⁸⁴ est quid agatur in mente. Nam presentem mundum despiciere transitoria non amare. Mentem medullitus in humilitate Deo et proximo sternere. Contra illatas ²⁸⁵ contumelias patientiam seruare, et custoditam patientiam dolorem malitiae a corde expellere. Egenis propria tribuere, aliena non concupiscere. Amicum in Deo diligere, propter Deum et eos qui inimici sunt amare, de afflictione proximi lugere. De morte eius qui inimicus est non exultare. Haec est noua creatura, quam idem magister gentium apud alios quoque discipulos, uigilanti oculo requirit, dicens : Si qua igitur in Christo, noua creatura ? Vetera transierunt, ecce facta sunt noua. Istis ergo sine dubio, datur manna absconditum. Istis lignum uitae, quod est in paradiso Dei, id est crucem Christi in Aecclesia mandatur adtingere. Istis dictum est, qui credit in me, flumina de uentre eius fluent. Isti sunt apostolorum membra, qui cum Christo capite id est, Ihesu duce, repromissionis ingrediuntur, cęlestia regna. Ad ueterem quippe hominem pertinet, presentem mundum querere. Transi-[fol. 68v° b]-toria, ex concupiscentia amare. Mentem in superbia erigere, patientiam non habere. Ex dolore malitie, de proximi lesione cogitare, sua indigentibus non dare. Ad ²⁸⁶ multiplicandum, aliena querere. Nullum pure, propter Dominum diligere. Inimicitias, inimicis suis reddere ; de afflictione proximi gaudere.

277. peccata corr. en peccatum.

278. scriptum est gratté et remplacé par ait.

279. um ajouté en interligne au-dessus de o final maintenu.

280. Deum corr. en Deo.

281. s final ajouté en interligne.

282. e final corr. en i.

283. Un premier m gratté.

284. pensendum corr. en pensandum.

285. in initial corr. en il.

286. d écrit en interligne.

Cuncta haec uetusti²⁸⁷ sunt hominis, que²⁸⁸ uidelicet ab illo²⁸⁹ de radice trahuntur²⁹⁰ corruptionis. Istis namque non datur²⁹¹ manna absconditum, quia uiam non inuenerunt Christum. Si uero Aecclesię dicit : manifestabo²⁹² me ei. **Et dabo ei calculum candidum** [Ap 2,17], id est corpus baptismo²⁹³ candidatum. Calculus enim, lapis est candidus²⁹⁴, de quo²⁹⁵ Apostolus ait : Vt sitis lapides uiui,²⁹⁶ aedificati in templo Dei. Lapidem quoque pretiosi, confessores, apostoli, sacerdotes, omnesque iusti intelliguntur. Hii lapides per Moysen in templo Dei offerri praecipunt, ut nullus desperet²⁹⁷ salutem. Offerebant alii²⁹⁸ aurum sensum spiritualem, quod est in Ecclesia mistica intelligentia²⁹⁹. Alius argentum aeloquium, id est tropologicam siue moralem intelligentiam²⁹⁷. Alius aeris uocem, id est storicam intellegentiam. Scriptura enim sacra tripliciter³⁰⁰ sentienda est.

Primo ut istorice. Secundo ut tropologicę. Tertio, ut misticę intelligatur²⁹⁷. Storicam namque iuxta litteras. Tropologicam³⁰¹, iuxta moralem scientiam. Misticę, iuxta spiritualem intelligentiam. Ergo, sic oportet in Ecclesia catholicam fidem tenere, ut³⁰² scripturas storialiter debeamus legere. Moraliter interpretare, [fol. 69r° a] et spiritualiter intelligere. Bene ergo dicitur : **Dabo ei calculum candidum** [Ap 2,17], id est faciam illum sedere cum potentibus populi mei, quod sunt apostoli, et thronum glorię hereditabo illum. **Et super calculum nomen nouum scriptum** [Ap 2,17]. Id est misterium filii³⁰³ hominis. Ac si diceret, manifestabo ei meipsum. **Quem**³⁰⁴ **nemo scit, nisi qui accipit** [Ap 2,17]. Ipocrite³⁰⁵ enim licet habere uideantur, non est datum illis intelligere. Sicut scriptum est : Vobis datum est intelligere misterium regni et mea secreta cognoscere, quos uideo in meo amore laborare. Quorum³⁰⁶ secreta propheta referebat, cum diceret : Occulta sapientia tua, manifestasti mihi. Illis uero non est datum, qui sua uerba non mea praedicant et me persecuntur, cum uos habent in despectu, de quo etiam³⁰⁷ Ezechieli³⁰⁸ dicitur : Fili hominis, uade ad domum

287. uetusta corr. en uetusti.

288. qui corr. en que.

289. ab illo ajouté en interligne.

290. trait corr. en trahunt par grattage et ajout en interligne.

291. de gratté avant manna.

292. Deux lettres grattées devant me.

293. candidi corr. en candido.

294. candidum corr. en candidus.

295. qua corr. en quo.

296. quo gratté après uiui.

297. disperet corr. en desperet.

298. alius corr. en alii.

299. intelle corr. en intelli.

300. ter ajouté en interligne.

301. em final corr. en am.

302. aut corr. en ut.

303. Le second i ajouté en interligne.

304. Quem ajouté en interligne.

305. is final corr. en e.

306. rum ajouté en interligne.

307. Un mot gratté en début de ligne.

308. i final ajouté d'une autre main.

Israel et loqueris uerba mea ad eos. In eo quod Dominus dicit loqueris uerba mea, quid aliud³⁰⁹ quam eius ori frenum moderaminis inponit? Ne quod prius intus non audierit, foris dicere praesumat. Nam prophete falsi quod ipocrite et heretici³¹⁰, sua et non Domini uerba locuntur. Sicut et eo tempore non Domini, sed sua uerba loquebantur. De quibus scriptum est: Nolite audire uerba prophetarum qui prophetant uobis; ipsi aiunt³¹¹ decipiunt uos³¹². Visionem cordis sui locuntur, non ore Domini. Et rursus non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant. Qua ex re quoque colligendum est, quia et quisquis expositor in explanatione sacri eloquii, ut fortasse auditoribus placeat, aliquid menciendo componit sua, et non Domini uerba loquitur, sor³¹³ tamen placendo, uel seducendi³¹⁴ studio, menciatur. Nam si in uerbis dominicis uirtutem requirens, ipse aliter quam his per quem³¹⁵ probata sunt senserit, et quasi sub intellectu³¹⁶ alio edificationem caritatis requirat³¹⁷, Domini sunt uerba que narrat, quia scriptum est: Scientia inflat, caritas autem edificat. Hinc Iohannes ait: Qui dicit quoniam cognoui Deum, et mandata eius, non [fol. 69r° b] seruat, mendax est; et in eo ueritas non est. Et iterum: Qui dicit se in luce esse, et fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. Si enim ypocrite misterium Dei cognouissent, numquam Deum in familia eius occidissent.

EXPLICIT AECCLESIA TERCIA IN LIBRO SECUNDO. ET GRATIAS DEO AGIMUS.

INCIPIE AECCLESIA QUARTA, IN LIBRO SECUNDO.

Angelo³¹⁸ Tiatire Aecclesie scribe: Haec dicit filius Dei, qui habet oculos sicut flamma ignis, et pedes eius similes auricalco Libani. Scio opera tua et dilectionem et fidem et misterium et pacienciam tuam, et uniuersas operationes tuas, etiam in nouissimis habundantiores prioribus. Habeo aduersum te multa, quia sinis mulierem Iezabel que se dicit prophetissam esse, et seducit multos seruos meos, et facit fornicari³¹⁹, et manducare idoli³²⁰ immolata. Et dedi ei tempus ut penitenciam ageret, et non uult peniteri de fornicatione sua, et docet, et seducet seruos meos fornicari³¹⁹. Ecce mitto eam in lectum, et eos qui cum ipsa fornicantur, in tribulatione magna, si non penituerint opera³²¹ eius, et filios eius occidam in morte. Denique, scient omnes Aecclesie, quia ego sum scrutator renis et cordis. Et dabo uobis singulis, secundum opera uestra. Uobis autem dico reliquis qui estis Thiatire; non mitto super uos aliud pondus. Uerumtamen, quod habetis tenete, donec ueniam. Et qui uincit, et qui seruat opera mea, usque in finem, dabo ei potestatem

309. d final écrit d'une encre plus noire.

310. h initial ajouté en interligne.

311. ipsi aiunt ajouté en interligne.

312. uobis corr. en uos.

313. Lettres écrites sur si gratté.

314. si initial corr. en se.

315. quam corr. en quem.

316. o final corr. en u.

317. n gratté avant t.

318. Initiale rehaussée de couleur, en partie rentrante sur deux lignes.

319. e final corr. en i.

320. s final gratté.

321. um corr. en a.

super gentes ; et pascet eas in uirga ferrea, et ut uas figuli comminuentur ³²², *sicut et ego accepi a patre meo.*

Et dabo ei, stellam matutinam. Qui habet aures audiat, quid Spiritus dicat, Aecclesiis [Ap 2,18-29].

EXPLICIT AECCLISIAE QUARTE STORIA IN LIBRO SECUNDO.

INCIPIT PICTURA QUARTE AECCLISIAE, TIATIRE.

[fol. 69v°] **Illustration : Message à l'Église de Thyatire** (Ap 2, 18-29) :
 Sous une arcade, Jean remet le Livre à l'ange de l'Église de Thyatire :
 IOHANNES. AECCLISIA TIATIRAE.

INCIPIT EXPLANATIO SUPRASCRIPTAE AECCLISIAE IN LIBRO SECUNDO. ³²³

Angelo ³²⁴ **Thiathire Aecclesie scribe : Haec dicit filius Dei qui habet oculos ut flamma ignis, et pedes eius similes auricalco Libani. Scio opera tua et dilectionem et fidem et minis-[fol. 70r° a]-terium et patientiam, et uniuersas operationes tuas, etiam in nouissimis habundantiores prioribus [Ap 2,18-19].**

Oculos ut ³²⁵ flamma ignis, et pedes illius similes aricalco ³²⁶, cuius intuitus uniuersa discernit, cuius caro immaculata rutilat, uelut aricalcum ³²⁷, igne probatum ³²⁸, claritate sua ³²⁹ resplendet. Scire autem operationem et caritatem et fidem et seruitium et patientiam Ecclesie sue testatur, et nouissima ³³⁰ opera plura ait prioribus.

Significat maiorem sanctorum numerum in fine ³³¹ temporum esse futurum, quando aduenienti homine peccati, filio perdicionis, in numero sanctorum milia, proprio erunt ³³² cruore sacranda. Sed causatur adhuc aduersus eam dicens : **Quia permittis mulierem Iezabel qui se dicit prophetissam, et docet et seducet seruos meos fornicari, et manducare, idolorum** ³³³ **immolata** ³³⁴ [Ap 2,20]. Quid sibi uult fornicarie illius Iezabel tippo, nisi quamdam ³³⁵ doctrinam que immolata ³³⁶ idolis doceat manducare ³³⁷. Et tempus penitentiae acceperint, atque dispexerint et penitentiam agere noluerint. Sed egrotatio huic doctrine, idolorum langitorque promittitur, et infirmitas lecti, id est istius saeculi delectio, et qui adulterantur doctrina ³³⁸ eius, tribulationem maximam eis futuram in diem iudicii repromittit.

322. untur corr. en entur.

323. Le début du texte suivant est écrit sur une seule colonne sur la fin du folio.

324. Initiale ornée de couleur, en partie entrante sur deux lignes.

325. sicut corr. en ut.

326. o initial corr. en a par surcharge.

327. o initial corr. en a par surcharge ; o final remplacé par um en interligne sans être supprimé.

328. probatum ajouté en interligne.

329. sua ajouté en interligne.

330. o final corr. en a par surcharge.

331. Tilde gratté au-dessus du e final.

332. Un mot gratté devant cruore.

333. idolis corr. en idolorum d'une autre encre.

334. in initial corr. en im et e final corr. en a d'une autre encre.

335. quemdam corr. en quandam.

336. in initial corr. en im.

337. i final corr. en e.

338. m final gratté.

Nam Iezabel interpretatur ³³⁹ sterquilinium uel sanguinis fluxus. [fol. 70r° b] Quid aliud in sterquilinium nisi sordes? Quid in sanguine reputabitur, nisi scelus atque peccatum quod per crimen admittitur? Recte eis condempnatio futura praedicatur, nisi forte penitentiam agant, ab operibus suis. Sermo itaque designat in hunc hominem, qui est Ecclesia, cum dicit: *Scio opera tua* [Ap 2,19] maiora prioribus, generaliter omnium sanctorum persona est. Cum autem dicit, *permittis mulierem Iezabel* [Ap 2,20] ostendit ³⁴⁰ prepositos, id est episcopos, qui habent permittendi abstinendique potestatem.

Sicut ergo in hac speciali Aecclesia, offitia et qualitates non nisi ³⁴¹ sermonis ratione ³⁴² discernit, ita et transitum ad spetiem ad totam Ecclesiam, scilicet ³⁴³ constituit. Namque episcopum reum sic quidem permittendo, particeps eorum qui hęc faciunt. **Et dedit ei tempus ut penitentiam ageret, et noluit penitentiam agere de fornicatione sua** [Ap 2,21]. Cur non dixit dedi uobis in penitentiam agatis, sed ei quod ³⁴⁴ in Ecclesia ut diximus, duas partes sunt in uno homine, quia Aecclesia unum hominem dicit. Vna pars est que ³⁴⁵ penitentiam agit, et altera est saecularium, qui sub nomine Christianitatis, omnem quod malum est facit. Et sunt ibi praedicatores inter utrasque ³⁴⁶ partes qui sunt leues, quasi sub nomine religionis, dant eis inlicitas paces, et promittunt ³⁴⁷ eis securitatem, et nouas prophetias adten-[fol. 70v° a]-dendas ostendunt ³⁴⁸. Et habent in ipsa parte quam diximus, sacerdotes et leuitas sceleratos et fornicarios, et istos quos diximus, quos illicitas ³⁴⁹ paces faciunt, qui religiosi quasi esse uidentur, cum ambas partes amicitiae ³⁵⁰ uolunt ³⁵¹ tenere. Ipsa est Iezabel qui seducit homines simplices, ut non agant penitentiam. Omnis enim qui fornicarie consentit unum corpus efficitur cum ea; et hęc fornicatio spiritualis est intra Ecclesiam.

De hac ³⁵² fornicatione apostolus dixerat: Fornicationem, immunditiam, auaritiam ³⁵³, concupiscentiam malam, quod est idolorum seruitus. Idolatria enim, idoli seruitus dicitur. Latria latine seruitus dicitur. Proinde increpat Ecclesiam Dominus, qui recte uiuit, et dicit se aduersus eam partem habere multa pro ipsa ³⁵⁴ muliere Iezabel ³⁵⁵ que seducit seruos Domini, et dicit se prophetissa, id est christiana, quia sub nomine Christianitatis multa inlicita facit, et est aduersaria ueritatis, et inde dicit Dominus se aduersus eam habere, qui

339. Deux mots grattés devant sterquilinium.

340. ostendit ajouté dans la marge.

341. Le premier i ajouté d'une autre main.

342. ne final ajouté en interligne.

343. scilicet ajouté en interligne et en marge.

344. quia corr. en quod.

345. qui corr. en que.

346. utrosque corr. en utrasque par surcharge.

347. promittent corr. en promittunt par surcharge. Les dernières lignes de la colonne sont très effacées.

348. ostendit corr. en ostendunt.

349. in initial corr. en il.

350. a final corr. en æ.

351. uult corr. en uolunt.

352. hanc corr. par grattage.

353. et gratté avant auaritiam.

354. m final gratté.

355. qui corr. en que.

totus ut diximus unus angelus nominatur, id est una Ecclesia dicitur. Sed qui sancti sacerdotes sunt et ipsi parti non increpant, ut a malis resipiscat³⁵⁶, participes eius sunt in opera. De ipsis propheta dicit : Furem uidebas, simul cum eo currebas et cum adulteris portionem tuam ponebas. Sedens aduersus [fol. 70v° b] fratrem tuum detrahebas, et aduersus filium matris tuę ponebas scandalum. Frater ipse est qui dixit : ite dicite fratribus meis, id est Christus qui propter adumptionem carnis Aecclesię sue se fratrem³⁵⁷ uoluit nuncupari.

Mater Ecclesia est ; filius matris³⁵⁸, quilibet homo christianus. Aduersus filium matris sacerdos ponit³⁵⁹ scandalum, quando licentiam ei³⁶⁰ peccandi per suum silentium praestat. Aut si certe eis dicit, et cum³⁶¹ caritate et humilitate hoc non dicit aut qui grauiter peccat³⁶² non suadendo ut ei lucri faciat, sed superbe eum increpando exasperat et ad desperationem adducit filium³⁶³ matris, grande scandalum facit. Inde ei dicitur : *habeo aduersus te multa, quia permittis mulierem lezabel* [Ap 2,20]. Vide quia in supradictas Ecclesias, se habere dicitur pauca, et hic dicitur multa se habere aduersus eam, quia consensu particeps est. Quod si particeps non esset, eos inimicos habuisset ; et generaliter omnes unam Ecclesiam facit ; et uoluit Ecclesia³⁶⁴ personam sanctorum ostendere, id est praedicatorum, quod est pars Domini. Fornicantis uero, non sue partis sed aliene ; heę³⁶⁵ due partes in praedicatione unus homo dicitur, quia et in uno homine possumus, duo latera³⁶⁶ nuncupari³⁶⁷, id est dextrum³⁶⁸ et sinistrum³⁶⁹ ; et sunt³⁷⁰ in eo multa membra, sed unum corpus habet, bi-membra³⁷¹ sana habet et infirma ; sana me[m]bra sancti sunt, infirma uero peccatores. Sic sunt in homine membra [fol. 71r° a] infirma, ita³⁷² ut sana doleant, et tunc reuelatur ab egritudine cum uulnus foras exierit ; ita et homines mali, quod sinistra pars est, sic sunt in membra Aecclesiae, sana, quod est dextra pars, sicut humores mali, sicut hunc hominem per speciem intelligis, ita generaliter intellegas unam Ecclesiam esse, de quo dicit angelo Ecclesiae Thiathire³⁷³ scribe : Ita et angelus bipertita sunt ut non nisi dicti rationem uideri posset ; ut qui predicat per rationem et patientiam et humilitatem et caritatem unicuique dicat. Considera³⁷⁴ ergo quid dicit. Cui dicit. Quomodo dicit, et quando dici conueniat, consideret. Sic Dominus in Euangelio

356. n gratté avant le t final.

357. e final avec tilde corr. en em.

358. et gratté après matris.

359. ponet corr. en ponit.

360. eis corr. en ei.

361. c ajouté en interligne pour remplacer un e gratté.

362. n gratté devant le t final.

363. filio corr. en filium.

364. m final gratté.

365. hii corr. en heę.

366. latus corr. en latera.

367. e final corr. en i.

368. am final corr. en um.

369. Le second s écrit sur deux lettres grattées ; am final corr. en um.

370. est corr. en sunt.

371. Trait d'union entre [i]bi-membra.

372. et gratté après ita.

373. Thiathire ajouté dans la marge d'une encre plus claire.

374. t final gratté.

disputat. Super cathedram Moysi sederunt scribę et Farisei. Cum omnia ergo quecumque dixerint nobis seruate et facite que ³⁷⁵ autem fatiunt, facere nolite. In spetię genus abscondit, quia tunc discipuli erant, quibus haec dicebat ³⁷⁶. Et nunc discipuli sunt, quibus hęc dicit. Et tunc Farisei id est diuisi erant, qui diligenter legem predicabant et Christum cognoscebant. Et nunc Farisei id est sacerdotes diuisi Christum predicant, et Christum non cognoscunt ³⁷⁷. Illi non crediderunt nec cognouerunt, sed crucifixerunt, quia si cognouissent, utique nec tradidissent. Nunc in Ecclesia sunt qui Christum, id est membra eius cotidie crucifigunt ³⁷⁸, sic in spetiae genus abscondit. Certum si hoc spetiale est et neque in Aecclesia futurum ostendit, seruo suo Dominus foris remanere uoluit [fol. 71r° b] qui scribis et Phariseis exceptis ³⁷⁹ opera que fatiebant, et quod dicerent aderere mandauit. At nunc, quid ergo precepta in biduum in tantum dedit, quia post non amplius superuixit, ipso dicente : Scio quia post biduum pascha fiet, et Filius hominis tradetur. Et secundum Iohannem. Sex diebus ante passionem super asinum sedit, ingrediens Iherusalem. Et post hunc ³⁸⁰ ingressum, mandata haec tradidit, sicut in Matheo inuenimus. Quod si et in initio ³⁸¹ sue p̄dicationis, ita tradidisset ³⁸², annus esset ³⁸³, in quo anno, quid opus erat id docere, quousque ad passionem tantum ueniret ³⁸⁴. Sed ut diximus, hoc quod dixit, per similitudinem dixit, hoc est speties quam ³⁸⁵ nobis in Aecclesia odie futuram ³⁸⁶ esse. Et exinde exempla et auctoritas, in posterum fieret malis, id est cathedre Moysi sedentibus. Hoc est sacerdotibus qui in Ecclesia primas cathedras requirunt, et primos discubitus ³⁸⁷ ut ea que dicunt facerent et custodirent, et opera que illi ³⁸⁸ fatiunt non facerent. Solent enim qui in hac cathedra docent, cum eas ³⁸⁹ qui docent et fatiunt, aderere. Inde ait : *Habeo aduersum te multa, quia permittis mulierem Iezabel* [Ap 2,20]. Isti uero sub nomine Christianitatis fornicationem et idolatriam spiritualem docent, et nobiscum una ³⁹⁰ uidentur deseruire altario, sed de imitatione fidei, non religionis obtentu. Habent enim similiter [fol. 71v° a] Fariseorum qui decimabant omne olus, et Dei iudicia pretermittebant ; habent et isti similitudinem, id est imitationem ³⁹¹ sanctitatis, per quam ³⁹² diabolo ministrant, et populo sacramenta distribuunt. Id est bap̄tisma, communionem et in populis benedictionem. Psalterii, et Euangelii,

375. cumque gratté à la fin du mot.

376. n gratté avant le t final.

377. cognoscent corr. en cognoscunt.

378. ent final corr. en unt.

379. c ajouté en interligne.

380. hoc corr. en hunc par grattage et lettres suscrites.

381. initio corr. en in initio par ajout de ni en interligne.

382. t final ajouté en interligne.

383. n gratté avant t final.

384. ualeret corr. en ueniret.

385. quod corr. en quam.

386. um final corr. en am.

387. os final corr. en us par u suscite sans suppression du o.

388. s final gratté.

389. eos corr. en eas.

390. uno corr. en una.

391. immitationem corr. en imitationem par grattage.

392. que corr. en quam.

adnuntiationem ; haec est doctrina catedrae Moisi ; hii sunt proseliti eorum, ut sint filii gehenne, magis quam ipsi proficientes in peius. Proseliti dicuntur aduene³⁹³, qui de alia terra peregrini ueniebant et cum populo Iudeorum in fide et circumcissione³⁹⁴ se miscebant, et putabant sacerdotes Phariseorum, pro qua re eos circumcidebant, ut inde essent sancti, et ipsi³⁹⁵ faciebant³⁹⁶ opera que³⁹⁷ ipsi Farisei qui eos docebant, et erant utrique filii gehenne. Ita et isti in Eꝑcclesia sacerdotes mali putant se pro qua re Aeuangelium adnuntiant, et babtizant, inde habere uitam aeternam. Et quia per se mali sunt, ita et malos filios per suum exemplum generant, et sunt filii gehenne, quia in opere eos imitant³⁹⁸, a quibus Christiani facti sunt. Et inde dicit : *Docet et seducet seruos meos fornicari et manducare idolis immolata*³⁹⁹ [Ap 2,21]. Vtique sicut diximus, sub nomine Christi, fornicationem et idolatriam spiritalem docebat. Nam quomodo ab te idolorum cultura [fol. 71v° b] doceret, qui in Aecclesiam prophetam se dicebat. Non dicimus quod idola adorabat, aut alterum Deum credebat aut predicabat, nisi Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unum Deum. Sed similitudinem Christianitatis, contegens corporalem. Spiritale⁴⁰⁰ adulterium fatiebat⁴⁰¹. Spiritale⁴⁰² uero adulterium⁴⁰³, idolatria est, ut quisquis hoc facit, quod scripture sancte non conuenit, non solum maiora sed aetiam minima que⁴⁰⁴ pro nichilo extimatur, idolatria dicitur, sicut Spiritus definiuit per Apostolum, qui cum de falsis fratribus disputaret, ita conclusit dicens : Filioli, abstinete uos ab idolis. Et iterum : Quid templum⁴⁰⁵. Dei cum idolis ? Nunc ergo omnes sacerdotes, sacerdotes sunt ? Non omnes diacones, diacones sunt ? Adtendis Petrum, sed et Iudam considera. Stephanum suspicis, sed Nicolaum respice. Numquid soli illi in primordio Eꝑcclesie fuerunt ? sed hodie⁴⁰⁶ sunt, sic similitudinem ostendit in genus, et genus reuocat ad similitudinem. Habet Petrus imitatores⁴⁰⁷ discipulos, habet et Iudas, habet Stephanus imitatores⁴⁰⁵ diacones, habet et Nicolaus. Preꝑdicat Petrus Eꝑuangelium Christi, predicat et Iudas. Babtizat Petrus in nomine Trinitatis, babtizat et Iudas. Habet Petrus potestatem in Eꝑcclesia ligandi que soluendi peccata, habet et Iudas seducendo seruos Domini fornicari et manducare idolis, [fol. 72r° a] immolata⁴⁰⁸. Ecce in una domo, duo altaria. Ecce communis lectus, et diuisus Christus, sic et ueritas in Eꝑuangelio protestatur, dicens : Vos estis sal terrae. Quod si sal euanuerit, ad nichil utile erit, nisi

393. aduenas *corr. en* aduene.

394. m *final gratté*.

395. ipsud *corr. en* ipsi.

396. in *gratté devant* opera.

397. quod *corr. en* que.

398. immitant *corr. en* imitant.

399. in *initial corr. en* im.

400. m *final gratté*.

401. n *gratté devant le t final*.

402. is *final corr. en* e.

403. ius *corr. en* ium.

404. quod *corr. en* que.

405. o *final corr. en* um.

406. h *initial ajouté en interligne*.

407. immitatores *corr. en* imitatores.

408. in *initial corr. en* im.

proiciatur foras in sterquilinio. Et inde Iezabel suo nomine⁴⁰⁹ sterquilinium⁴⁰³ nuncupatur, que⁴¹⁰ foris ciuitatem de muro præcipitata in sterquilinio cecidit, a canibus edenda. Hęc dicitur ut qui minime credit futura, Iezabel legat storiã. Et quod in ea corporaliter gestum est, eius causam preuideat in Aecclesia. Quod si futura non essent opera eius, nequaquam moueretur per spiritum Tiathirę Aecclesię, nec eam opus erat memorare que fuerat mortua, ante tanta annorum curricula. Ait enim: *Docet, et seducet seruos meos fornicari et manducare idolis ymmolata, et dedi ei tempus ut penitentiam ageret et non uult peniteri de fornicatione sua. Ecce mitto illam in lectum, et eos qui cum illa fornicati sunt in tribulatione magna, si non penituerint opera*⁴¹¹ *eius. Et filios eius occidam*⁴¹² *morte* [Ap 2,20-22]. Hoc est discipulos eius, quos⁴¹³ per suam doctrinã generat⁴¹⁴; hoc secundum se damnaturos⁴¹⁵ in morte commemorat⁴¹², quia sicut sancti apostoli filii dicuntur Dei, et doctores filii dicuntur apostolorum, et cęteri sancti filii dicuntur doctorum, ita et omnes in Ecclesia filii dicuntur sacerdotum, siue bonorum siue malorum, et quem⁴¹⁶ in Ecclesia [fol. 72r° b] in opere imitatus⁴¹⁷ fuerit, filius eius esse dicitur. Sicut Dominus in Eũangelio ait: Vos de diabolo patre estis et desideria patris uestri facere uultis. Numquid diabolus carnaliter filios habuit? Et alibi dicuntur filii gehenne. Numquid gehenna filios generat? Nisi opera diaboli dicuntur⁴¹⁸ gehennę incendio preparata? Ita et isti⁴¹⁹ u[n]ius⁴²⁰ mulieris filii dicuntur et quid ait. Filios eius occidam⁴²¹ morte. Id est morte spirituali, per peccatum enim, mors introiuit in orbem terrarum. Quia⁴²² unusquisque⁴²³ peccator⁴²⁴, licet in corpore uiuere uideatur; in anima tamen⁴²⁵ mortuus est. Quia non perspicua⁴²⁶ morte aut tam aperta que esset carnaliter facta, sed spirituali morte dixit, occidam. Et sicut specialiter ultio manifesta fiebat in matrem, id est in tales sacerdotes, qui Ecclesię dicuntur, ita manifestum esset ut talis ultio descenderet in filiis. Et per omnes⁴²⁷ Ecclesias eiusdem mulieris filios⁴²⁸ id est eodem spiritu genitos, spirituali morte damnatos. Etiam si in hoc saeculo non manifestarentur, tamen in ęternum iam teneret obnoxios. *Et scient inquit omnes Ecclesię, quia ego sum scrutans corda et renes* [Ap 2,23]. Cum reddidero

409. in gratté apręs nomine.

410. qui corr. en que.

411. operum corr. en opera.

412. in gratté auant morte.

413. quem corr. en quos, avec s final ajoutę en interligne.

414. n gratté auant le t final.

415. um final corr. en os.

416. quisquis corr. en quem.

417. immitatus corr. en imitatus.

418. dicitur corr. en dicuntur par grattage du i et ajout de un en interligne.

419. iste corr. en isti.

420. u ajoutę en interligne auant ius.

421. in gratté auant morte.

422. Quidem corr. en Quia.

423. i ęcrit en interligne.

424. peccauerit corr. en peccator.

425. tamen ęcrit d'ũne autre main sur un mot gratté.

426. Un s initial a ętę gratté.

427. in gratté apręs omnes.

428. us final corr. en os.

unicuique secundum opera sua, et statuerò secreta uniuscuiusque ante fatiem suam. Nam et ceteris qui sunt in Ecclesia, et non secuntur doctrinam hanc pessimam, nec profundam [fol. 72v° a] Satanę malitiam cognouerunt, dixi ⁴²⁹ *non mittam super uos aliud pondus* [Ap 2,24]. Ac si aperte diceret. Non iudico bis in id ipsum. Qui semetipsum iudicat, ab alio non iudicatur ; qui ⁴³⁰ in hoc mundo tribulationem pro me patitur, in futuro necesse est ut a me coronetur. Quia non ut sicut in hoc mundo patitur, ut ego ei aliud pondus inponam. Absit, ut ⁴³¹ in futuro, tribulationem patiat. **Vobis autem dico reliquis, qui estis Tiathirę** [Ap 2,24]. Dum dixi⁴³² *uobis dico reliquis*, ostendit quid sit angelus, id est Aecclesię ⁴³³ pars quam supra diximus, cui et dicit : Quicumque non habetis doctrinam hanc, nec cognouistis altitudinem Sathanę ⁴³⁴, id est eis non consensistis. Sicut Dominus dicit, de iniquis operariis : Numquam noui uos, discedite a me. Sicut enim qui operantur iniquitatem non cognoscunt Deum, licet ipsum predicent, ita Deus licet omnes nouerit, non cognoscet operarios iniquitatis. Hoc modo iusti non cognoscunt doctrinam Sathanę ⁴³², licet audiant atque eius inopunitatem sentiant. Vnde enim fieri potest ut iusti mala non audiant ab his quibus abstineant et eorum opera non fatiant, sed oportet ut intra Ecclesiam cum ipsis unanimiter sint, et ab ipsis crucientur ut semper probentur, sicut aurum in fornace, quę carbone illuminatur ⁴³⁵. Carbo semetipsum ustulat, [fol. 72v° b] sed aurum purgat. Ita oportet intra Ecclesiam hereticos, ypocritas, et scismaticos esse ; semetipsos ustulant, sed Ecclesiam ut aurum purgant. Sicut scriptum est : Oportet ergo hereses esse intra Ecclesiam, ut probati manifesti fiant. Et iterum : Cum dixerint uobis, ecce in cubiculis est Christus, id est in hereticorum doctrina, que ⁴³⁶ cubiculum dicitur, pro eo quod in Aecclesia scripturarum doctrinam proferunt. Aut si dixerint, ecce in deserto est Christus, id est in gentili ⁴³⁷ populo ⁴³⁸ quia desertum dicitur gentilitas, eo quod scripturarum ibi non docentur ⁴³⁹ predicamenta. Haec itaque sit per uniuersum mundum in Ecclesia, ut qui futuri sunt ad uitam beatam, per istos probentur in humilitate et patientia. Et malis hominibus ⁴⁴⁰ inde tanta mala futura Dominus pronuntiat, ut ipsi heretici in hoc saeculo, pena gehennę prædicent. Et inde iusti laudabiliores sunt subportando, et usque in finem uitę suae in caritate persistendo, et humiliter patiendo. Et impii exardescant in persequendo, et ⁴⁴¹ exordescant in perseuerando, et usque in finem uitae suae perdurent trucidando ⁴⁴², ut aperte habeant, unde damnentur in inferno. Iusti uero qui iam probati sunt, dicatur eis :

429. Après dixi, t ad illos gratté.

430. quia corr. en qui.

431. ut ajouté en interligne.

432. t final gratté.

433. a final corr. en æ.

434. h ajouté en interligne.

435. in initial corr. en il.

436. quia corr. en que.

437. gentiles corr. en gentili.

438. populo ajouté en interligne.

439. n ajouté en interligne.

440. h ajouté dans la marge, le premier i en interligne.

441. et ajouté dans la marge.

442. Blanc entre truci et dando en début de ligne.

Non mitto super uos aliud ⁴⁴³ *pondus* [Ap 2,24]. Id est supra id quod potestis sustinere. Ac si diceret : *Quanto* ⁴⁴⁴ *uires uobis dedi ut fortes essetis, tanto uobis impono* ⁴⁴⁵ *tribulationis* ⁴⁴⁶ *et angustię pondus in hoc mundo, quantum portare* [fol. 73r° a] *potestis. Ueruntamen quod habetis tenete, donec ueniam. Et qui uincit et qui seruat opera mea usque in finem, dabo ei potestatem super gentes, et reget eas* ⁴⁴⁷ *in uirga ferrea. Et ut uas figuli comminuentur ; sicut ego accepi a patre meo* [Ap 2,25-27]. Iam supra dixerat *non mitto super uos aliud pondus* [Ap 2,24], hic dicit, *tenete donec ueniam et qui seruauerit usque in finem* [Ap 2,25-26]. Ac si diceret :

Non erit super uos tribulatio supra quam in presenti saeculo tolerastis ; futuram tribulationem uobis non aditiam. Et ortatur magis ut teneat quod habet, et tamdiu suscepta custodiat, donec Dominus ueniat. Quod qui impleuerit, daturum se illi potestatem super gentes promittit et regna, ut regat illas in uirga ferrea. Et tamquam uas figuli, confringantur. Apostaticos angelos significat, qui dimiserunt principatum suum ; quod a sanctis in die iudicii iudicandi ⁴⁴⁸ damnentur. Insuper ⁴⁴⁹ et in sempiternum proiciantur in interitum.

Sicut apostolus dicit : *Nescitis quoniam angelos iudicabimus ?* Et sic ait : *Dabo ei potestatem, sicut ego accepi a patre meo.*

Inde arbitrantur dixisse Iohannem in epistula sua. *Quia, cum apparuerit, similes illi erimus. Et dabo illi stellam matutinam* [Ap 2,28].

Id est Dominum Ihesum Christum, quem numquam suscepit uesper, sed lux sempiterna erit, et ipse semper in luce est. Et dicat adhuc loqui eum Eclesiis, *qui habet septiformem Dei spiritum* [Ap 3,1], id est ⁴⁵⁰ Dominum Ihesum Christum, [fol. 73r° b] in quo Sanctus unius eiusdemque substantię requiescit Spiritus. In cuius manu septem stelle sunt, de quibus iam supra diximus, et de multorum negligentiam ⁴⁵¹, in Eclesię congregatione, redarguens dicit, Eclesiam esse mulierem Iezabel.

Mulierem pro ea causa dicit, pro qua re effeminatam et muliebrem operam uidit. Omnis enim qui molliter uiuit et carnis curam facit, non uir sed mulier in scripturis sanctis nuncupatur.

EXPLICIT AECCLESIA QUARTA.

INCIPIE ECCLESIA QUINTA IN LIBRO II°.

ANGELO ⁴⁵² *Sardis Eclesię scribe : Hec dicit qui habet septem spiritus Dei et septem stellas. Noui opera tua, quia nomen habes, quod uiuis et mortuus es. Esto uigilans et confirma cętera que moritura erant. Non enim inueni opera tua, plena coram Deo meo. In mente ergo habe, quomodo audisti et accepisti, et custodi et penitentiam age.*

443. aliud corr. en aliud.

444. um final corr. en o.

445. in gratté apręs impono.

446. es final corr. en is.

447. eos corr. en eas.

448. i final ajouté en interligne.

449. Insuper ajouté dans la marge.

450. Deux lettres grattées devant Dominum.

451. negligentia corr. en negligentia.

452. Initiale rehaussée de couleurs, faiblement rentrante sur 3 lignes..

Quod si non uigilaueris, ueniam ad te sicut fur, et non scies ⁴⁵³ qua hora ueniam super te. Sed habes pauca nomina in Sardis, que ⁴⁵⁴ non inquinauerunt uestimenta sua, et ambulauerunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui uincit sic uestietur candida ueste, et non delebo nomen ipsius de libro uite, et confirmabo nomen eius, coram patre meo, et coram angelis eius. Qui habet aures audiat, quid Spiritus dicat Aecclesiis [Ap 3,1-6].

EXPLICIT STORIA EꝀCCLESIEꝀ QUINTE.

[fol. 73v° a] **Illustration : Message à l'Église de Sardes** (Ap 3, 1-6) :

Sous une arcade, Jean remet le Livre à l'Église de Sardes : AECCLESIA SARDIS.

INCIPIE EXPLANATIO SVPPRASCRIPTAE AECCLESIAE ⁴⁵⁵

Angelo ⁴⁵⁶ Sardis EꝀcclesieꝀ scribeꝀ : *Hec dicit, qui habet septem spiritus Dei et septem stellas. Noui opera tua, quia nomen habes quod uiuis, et mortuus es. Esto uigilans et confirma cetera que moritura erant. Non enim inueni opera tua, plena coram Deo meo, in mente ergo habe, quomodo accepisti et custodi, ⁴⁵⁷ et penitentiam ⁴⁵⁸ age [Ap 3,1-3]. Corripit pigros sacerdotes, quos supra nominauimus, nec ipsi uigilant, nec populum sollicitant ; qui non in Domino tota mente confidunt, nec fide recta in ueritate custodiunt. Nomine tantum praefruuntur Christiani, uel in uitam christianam uenisse dicuntur. Sed mortui sunt, et propterea increpantur, ut uigilent, et cetera, in quibus peccare poterant, corroborent unde admonet : *In mente ergo habe qualiter acceperis, audieris, et docueris, et age penitentiam [Ap 3,3]. Vult ad memoriam eius apostolicam reducere doctrinam ; et hoc, quod in baptismo fidei repromisit, praecepit custodire, et a ueteribus malis agere penitentiam.**

Nomen, inquit, habes, quod uiuis, et mortuus es [Ap 3,1]. Non enim moritur, nisi qui mortale crimen admiserit.

Non dicit, confirma que moritura erant [Ap 3,2], nisi ei dicitur qui in sacerdotio est, et in offitio constitutus, et dum haec agit, peccat. Et per peccatum mors. Non enim confirmare potest, qui [fol. 74r° a] offitium doctrinis amiserit. Multi enim legunt et ab ipsa lectione ieiuni sunt.

Multi uoce praedicationis audiunt et post uocem uacui recedunt. Quorum etsi uenter comedat ⁴⁵⁹, uiscera non replentur. Quia etsi mente intellectum sacri uerbi percipiunt, obliuiscendo et non seruando que audierunt, hec in cordis ⁴⁶⁰ uisceribus non reponunt. Hinc est enim quod per prophetam, quosdam Dominus increpat dicens : Ponite corda uestra super uias uestras ; seminastis multum et intulistis parum. Comedistis et non estis saciati, bibistis et non estis inebriati. Multum cordi suo seminat sed parum infert, qui de mandatis celestibus uel legendo uel etiam audiendo multa cognoscit, sed negligenter ⁴⁶¹ operando pauca fructificat.

453. e ajouté en interligne.

454. ue ajouté en interligne.

455. Le texte suivant est écrit sur une seule colonne sur la fin du folio.

456. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

457. La fin du folio est très effacée et très difficile à lire.

458. La suite du texte est très effacée.

459. Un premier m gratté.

460. cordibus corr. en cordis.

461. negle corr. en negli.

Comedet⁴⁶² et non satiatur, qui uerbum Dei audiens, lucra uel gloriam saeculi concupiscit. Bene autem non saciari dicitur⁴⁶³, qui aliud⁴⁶⁴ comedet⁴⁵⁹ et aliud esurit.

Bibit et non inebriatur⁴⁶⁵, qui ad uocem praedicationis aurem inclinat, sed mentem non mutat. Solet enim per ebrietatem bibentium sensus mutari. Qui ergo ad cognoscendum Dei uerbum deuotus est, sed ea que sunt⁴⁶⁶ saeculi adipisci desiderat, bibit, sed ebrius⁴⁶⁷ non est. Si enim ebrius⁴⁶⁴ esset, mentem sine dubio mutasset. Vnde et dicit : *Non enim inueni opera tua recta coram Deo [Ap 3,2]*. Quod si recta essent, celestia querereres⁴⁶⁸, et terrena nequaquam appeteres⁴⁶⁹; iam uana transi-[fol. 74r° b]-toria que amaueras, non amares. De electis namque per psalmistam dicitur : Inebriabuntur ab uberibus domus tuę. Qui a tanto Dei omnipotentis amore repleti sunt, ut mutata mente sibimetipsis extraneis esse uideantur, implentes quod scriptum est : Qui uult post me uenire abneget semedipsum. Semedipsum abnegat, qui mutatur ad meliora et incipit esse quod non erat et desinit esse quod erat. Sępe autem uidemus ad uocem predicationis, quasi ex conuersione compunctos, abitum non animum mutasse, ita ut religiosam uestem sumerent, sed ante acta uicia non calcarent. Ire stimulis immaniter agitari, malicie dolore in proximi lesione feruescere. De ostensis quibusdam bonis, ante humanos oculos superbire. Presentis mundi lucra inaniter querere, et de solo exterius abitu quem sumpserunt, sanctitatis fiduciam habere. Bene ergo dicitur : *non enim inueni opera tua plena coram Deo meo [Ap 3,2]*. Qui mortuus est, iam a Deo iudicatus est. Non solum opera plena non habet, sed omnino nichil habet, certe mortuus est. Vnde manifestum est a malo episcopo uel sacerdote in eius omnem partem redisse, cui dictum est : *Esto uigilans et confirma cetera que moritura erant. Non enim inueni opera tua plena coram Deo meo. In mente ergo [fol. 74v° a] habe quomodo accepisti ; custodi et age penitentiam [Ap 3,2]*. Hoc⁴⁷⁰ de toto semine Ecclesie dicit, cui ille preesse uidetur, cui adhuc comminatur et dicit :

Quod si non uigilaueris, ueniam ad te sicut fur, et nescies⁴⁷¹ qua hora ueniam super te [Ap 3,3]. Reuertitur ad spetiem de seruo malo, qui dixit in corde suo, moram facit Dominus meus uenire.

Et ueniet Dominus hora qua nescit, tunc diuidet ei, partemque eius ponet cum ypocritis. Sępe iam diximus in hoc seruo omnium episcoporum corpus esse, et per ipsos episcopos omnia membra Ecclesię quod sunt populi unum corpus nominari, et dicitur Ecclesia⁴⁷², ut iam dictum est, unus homo, et huius capitis oculus est episcopus, et huius corporis manus est⁴⁷³ presbiter, et huius corporis

462. Un premier m gratté.

463. dicuntur corr. en dicitur.

464. aliut corr. en aliud.

465. n gratté avant tur.

466. Un mot gratté entre sunt et saeculi.

467. ebriatus corr. en ebrius.

468. quererent corr. en querereres.

469. appeterent corr. en appeteres.

470. et gratté après hoc.

471. nescis corr. en nescies.

472. in gratté devant ecclesia.

473. est ajouté en interligne.

pes est diaconus. Et quid facit iste homo, nisi omnes sensus ⁴⁷⁴ in capite portat ⁴⁷⁵ ? Ita et oculis uideat, id est præterita recordet. Præsentia ordinet et semper futura praeuideat.

Et oculos testamentorum Dei Legis et Euangelium, medullitus inuestiget.

Auribus audiat, et quod audierit manibus faciat. Naribus odoret, et sciat quid odoris amplectitur aut quid fetoris respuat. Ore loquatur quod per hos tres sensus ⁴⁷⁶ sub tribus testibus ⁴⁷⁷ esse cognouerit.

Corde credat quod locutus fuerit.

Manibus operetur quod crediderit. Pedibus discurrat quod per manus fa-[fol. 74v° b]-cere studuerit. Et cum hec fecerit, totus homo cum multa membra uidetur perferre fastigio ⁴⁷⁸. Tamen si inter omnia membra caput sanum habuerit, facit quod uoluerit. Nam si fuerit caput infirmum, et oculus ⁴⁷⁹ sine pupilla, et auricula sine auditu, et nasus sine odoratu, et lingua sine sermone, et cor sine intellectu, et manus sine operatione, et pes sine gressu, quid ⁴⁸⁰ facit talis homo, qui sibi nec aliis facit profectum ? Si fuerit episcopus negligens, oculus est sine pupilla huius capit. Si habuerit clerum negligentem ⁴⁸¹, id est ⁴⁸² cellę suę ministros, auricula est sine auditu. Si negligentias populorum sub se positorum non emendauerit, nasus est sine odoratu. Si Legem et Eũangelium non annunciauerit ⁴⁸³ uel fecerit, lingua est sine sermone. Si quod per scripturas intelligendum est aliter quam intelligere opus erat intellexerit ⁴⁸⁴, cor est sine intellectu. Si sacerdotes indoctos uel minus instructos, aut neofitos ordinauerit, manus est sine operatione. Si diacones negligentes ordinauerit, pes est, sine discursione. Quid de cęteris membris ⁴⁸⁵ profectus poterit esse, in his membris intellige. Aut si forte dicis episcope ego sanctus sum, religiosus sum, nullum crimen capitale commisi, utinam me potuissem saluare, quid michi cura de aliis ? Respondeo ad hec : Nonne cum rege uis conuiuare ? Nonne ad cęnam nubciarum agni inuitatus es ? Si manus sordidas habueris, non poteris cum rege [fol. 75r° a] in una mensa manducare. Id est si sacerdotes sordidos habueris, non poteris cum rege uno conuiuio epulare. Aut forte dicis episcopę, ego religiosam uitam fatio, de diaconibus ⁴⁸⁶ quales sint non est meum iudicare. Respondeo ad haec : Nonne, ut diximus, ad cęnam inuitatus es ? non poteris cum rege uno lecto quiescere, si pedes sordidos habueris, id est si diacones diocesis tui uel presbyteros negligentes uel sordidos habueris, licet tu sanctus in opere esse uidearis. Quia non pro te tantum, sed pro commisso grege damna patieris. Damus et aliud

474. *sensos corr. en sensus par ajout de u en interligne sans suppression du o.*

475. *portet corr. en portat.*

476. *sensos corr. en sensus par ajout de u en interligne sans suppression du o.*

477. *trium testium corr. en tribus sensibus.*

478. *fastigium corr. en fastigio par grattage et surcharge.*

479. *oculis corr. en oculus par ajout de u en interligne sans suppression du i.*

480. *i ajouté en interligne.*

481. *neglegentem corr. en negligentem.*

482. *est ajouté en interligne d'une autre main.*

483. *ad initial corr. en an.*

484. *xe ajouté en interligne.*

485. *cetera membra corr. en ceteris membris.*

486. *e final corr. en ibus.*

exemplum. Quid facit iste homo quem diximus, si hyemis ⁴⁸⁷ tempore a glaciale frigore, et nimbi ⁴⁸⁸ inundatione, comprimatur in medio itinere? Solet industria rusticana excussorium habere, quem uulgo focilem nuncupatur ⁴⁸⁹; habet et silicem que percutitur illud ferrum ⁴⁹⁰, habet et escam, in qua ⁴⁹¹ scintillis micantibus ipse ignis accenditur. Concidet ligna, facit struem ⁴⁹², et supponitur ipse ignis, et cum ardere ceperit, et diuersis partibus, unum post alium cateruatim ueniunt, qui se calefacere cupiunt. Et omnes ab ipso igne titiones accipiunt, et suos sibi focos facere disponunt aetiam, si inmanissimus sit exercitus. Et uiuunt in niue, cum igne qui accenditur, qui ⁴⁹³ sine igne mori potuerant. Ecce sic est scriptura diuina, in lege, ignis Spiritus Sancti latet ⁴⁹⁴, sicut in petra uel in ⁴⁹⁵ silice ⁴⁹⁶ ignis. Et ne forte aliquis calumniosus dicat, petram silicem legi comparatur ⁴⁹⁷, audi [fol. 75r° b] per Ezechielem prophetam Iudeam Dominum ⁴⁹⁸ increpantem: Fili hominis, mitto te ad gentem apostatricem que recesserunt a me, quarum ⁴⁹⁹ dedi duram fatiem uelut silicem, et uelut adamantem. Quid in fatiem nisi cognitio? Quid duram fatiem nisi legem? in qua ⁵⁰⁰ Spiritus latebat, in qua ⁵⁰¹ se cognoscere potuerant. Quid in ferro excussoris, nisi Eūangelium possumus accipere? De quo Dominus per hunc Iohannem sequentibus se et uincentibus dicit: *Qui seruauerit opera mea usque ad finem, dabo ei potestatem super gentes, et reget eas in uirga ferrea, et ut uas figuli comminuentur* ⁵⁰², *sicut ego accepi a Patre meo* [Ap 2,26]. Quid facit silex ⁵⁰³ sine excussorio ⁵⁰⁴? quid facit Lex sine Eūangelio? Nonne frigus ⁵⁰⁵? Nonne gelu ⁵⁰⁶? De quo gelu Dominus ait: *Quia habundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Ysca* ⁵⁰⁷ uero in qua ⁵⁰⁸ ipse ignis Spiritus Sancti ab his duobus excutitur, et ab hac ysca ⁵⁰⁴ incenditur, homines sunt ⁵⁰⁹ ubi ignis Spiritus Sancti per manus Aecclesie accenditur ⁵¹⁰ quos ⁵¹¹ sacerdotes nuncupamur, per Legem et Eūangelium hunc ignem ardere

487. h initial ajouté en interligne.

488. s final gratté.

489. n gratté devant le t.

490. ipso ferro corr. en illud ferrum.

491. quo corr. en qua.

492. in initial gratté.

493. quia corr. en qui.

494. latet écrit en interligne d'une encre plus noire, à la place de mots grattés.

495. uel in ajouté dans la marge d'une autre main.

496. Après silice, signe de renvoi au mot ignis qui est écrit dans la marge inférieure.

497. tur ajouté en interligne.

498. Deum corr. en Dominum.

499. quorum corr. en quarum.

500. qua ajouté en interligne.

501. quo corr. en qua.

502. comminuuntur corr. en comminuentur.

503. silicis corr. en silex qui est encore repris dans la marge.

504. ex initial ajouté en interligne.

505. frigidum corr. contre frigus.

506. m final gratté.

507. Esca corr. en Ysca.

508. quo corr. en qua.

509. sunt ajouté en interligne d'une autre main.

510. accenditur écrit dans la marge de la même main avec signe de renvoi dans la marge.

511. quod corr. en quos.

fatiunt. De quo igne Dominus dicit : Ignem ueni mittere in terra, et uolo ut ardeat. Ecce Dominus uult eum ⁵¹² ardere, sed oculus sine pupilla, non uult per silicem Legis, et ferrum Eꝯangelii, et ysca⁵⁰⁴ corporis in unum copulare, et manus turgida non potest utrique comprehendere, et ignem latentem littere scintillarum [fol. 75v° a] predicationis nullo sono percutere, neque focum Spiritus Sancti accendere, neque falce predicationis ligna uult ut ⁵¹³ spinas peccatorum incidere aut cremare, et moriuntur cuncti sine hoc igne tempore hyemis istius saeculi, qui cum hoc igne ⁵¹⁴ uiuere potuerant perpetuo.

Iste est homo quem in hoc libro dicit et replicat inculcat et reiterat.

Iste est seruus nequam, qui sciens uoluntatem Domini sui et non facit.

Iste est qui acceptum talentum, id est uerbum predicationis abscondit in terram, id est in terrena lucra.

Iste est seruus qui dicit in corde suo, moram facit Dominus meus uenire, subito uenit Dominus hora qua nescit, tunc diuidet eum, partemque eius ponet cum ypocritis. Non quod parte ⁵¹⁵ eum ⁵¹⁶ desecet, sed integrum segreget a sanctis. Quid de eo iterum dicat ; audi, et time, et quid dicat ministris, pauca sicut ait : Ligate illum manibus et pedibus ⁵¹⁷, id est cum suis presbyteris ⁵¹⁸, diaconis ⁵¹⁹ uel populo qui eum imitati ⁵²⁰ sunt, mittite in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium ; De quibus tenebris ⁵²¹ per sanctum Iob dicitur : Terra miserie et tenebrarum. Miseria ad dolorem pertinet ; et tenebre ad cecitatem. Ea ergo que a conspectu districti iudicis expulsos tenet, miserie et tenebrarum terra peribetur, quia foris dolor cruciat, quos [fol. 75v° b] diuisos a uero lumine intus cecitas ⁵²² obscurat, quamuis miserie et tenebrarum terra intelligi et aliter potest. Nam haec quoque terra ⁵²³ in qua nascimur, est quidem miserie sed tenebrarum non est, quia multa hic corruptionis nostrae mala patimur, sed tamen adhuc per studium conuersionis penitentiae ad lucem redimus ueritate suadente qui ait : Ambulate dum lucem habetis, ne tenebre uos comprehendant. Illa uero simul miserie et tenebrarum terra est, quia quisquis ad toleranda ⁵²⁰ eius mala descenderit, nequaquam ulterius ad lucem rediit. In cuius adhuc descriptione ⁵²⁴ subiungitur. Vbi umbra mortis et nullus ordo. Sicut mors exterior ab anima diuidit carnem, ita mors interior a Deo separat animam. Umbra ergo mortis est, obscuritas diuisionis. Quia damnatus quisque cum eterno igni succenditur, ab interno lumine tenebratur. Natura uero ignis est, ut ex seipso lucem exhibeat, et concremationem. Sed transactorum ⁵²⁵ illa ultrix flamma uitiorum

512. eam corr. en eum.

513. ut ajout  en interligne.

514. hunc ignem corr. en hoc igne.

515. s final gratt .

516. eum ajout  en interligne.

517. illi manus et pedes corr. en illum manibus et pedibus.

518. os final corr. en is.

519. Suos presbyteros, diaconos corr. en suis presbyteris, diaconis.

520. immitati corr. en imitati.

521. quas tenebras corr. en quibus tenebris.

522. cecitatis corr. en cecitas.

523. m final gratt .

524. dis initial corr. en des.

525. Une lettre gratt  entre a et c.

concremationem habet et lumen non habet. Hinc est enim, quod reprobis ueritas dicit : Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui præparatus est diabolo et angelis eius. Quo rursum omnium corpus, in unam personam significans dicens ⁵²⁶ : Ligate eum manibus et pedibus ⁵²⁷, et mittite eum in tenebras exteriores. [fol. 76r° a] Si itaque ignis qui reprobos cruciat lumen habere potuisset, his qui repellitur nequaquam mitti ⁵²⁸ in tenebris diceretur, quia quos illa gehenne flamma deuorat, et ⁵²⁹ a uisione ueri luminis cecat, ut et foris dolor combustionis cruciet, et intus pœna cecitatis obscuret. Quatenus qui auctori suo corpore et corde deliquerant, simul corpore et corde puniantur. Et utrique pœnas sentiant, qui dum hic uiuerent, prauis suis delectationibus ex utraque seruiebant. Vnde recte per Paulum dicitur : Neque exhibeatis membra uestra arma, iniquitatis peccato. Cum armis ergo ad inferna ⁵³⁰ descenderent, cum ipsis membris in quibus desideria uoluptatis expleuerunt, æterni iudicii tormenta tolerare, et tunc eos undique dolor absorbeat, qui nunc suis delectationibus subditi, undique contra iusticiam iudicantis pugnant.

Reuertitur ad eum, quem sæpe ⁵³¹ increpans ait : *In mente ergo habe quomodo accepisti et audisti. Custodi et age penitentiam et uigila. Quod si non uigilaueris, ueniam ad te sicut fur, et nescis qua hora ueniam ad te* [Ap 3,3]. Subitum Dei iudicium, et secretam aduenientis horam sententiae, nullus intellegit. [*dans la marge* : I Aduc perfecte bonus non est, qui malos tolerare non potest.] Nec in totum miseros piœtas punit, sed contrario consolatur dicens : **Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt uestimenta sua, am-**[fol. 76r° b]-**bulabunt mecum in albis, quia digni sunt** [Ap 3,4]. Omnis ergo qui non inquinatur sorde peccati, cum Domino ambulat in albis, et dignus efficitur ut agni uestigia prosequatur. Nec deletur nomen eius de libro uitę [Ap 3,5], sed confitebitur ipse eum *coram patre* suo qui est in cęlis et *coram angelis eius*. Magna laus paucorum inter multos inquinatos, in uirtute militantium. Neque enim ualde laudabile est, bonum esse cum bonis sed bonum esse cum malis. Sicut enim grauis ⁵³² culpa est inter bonos bonum non esse, ita magnę ⁵³³ uirtutis est bonum aetiam inter malos extitisse. Hinc est quod beatus Iob dixit : Frater fui draconum, et socius strutionum. Hinc ad Ezechielem ⁵³⁴ dictum est : Increduli et subuersores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas. Nobis consolationis medicamentum profertur, quod sæpe tedet uiuere, dum nolumus cum aliis habitare ⁵³⁵. Querimus enim, cur non omnes boni sunt, qui nobiscum uiuunt. Mala proximorum ferre nolumus, omnes sanctos debere esse decernimus, dum esse nolumus quod ex proximis portemur. Sed hac in re luce clarius patet, dum alios portare non nouimus, quia multum adhuc ipsi de bono minus habemus. Nemo est bonus, nisi qui nouit tolerare malos. Nam, sicut supra diximus, [fol. 76v° a] Iob dicebat, frater fui draconum et

526. dicit *corr. en* dicens.

527. manus et pedes *corr. en* manibus et pedibus.

528. *Plusieurs lettres grattées à la fin du mot.*

529. *et ajouté dans la marge.*

530. *o final corr. en a.*

531. *nunc gratté après sæpe.*

532. *grauioris corr. en grauis.*

533. *magna corr. en magnę.*

534. *em ajouté d'une encre plus claire.*

535. *euitare corr. en habitare.*

sotius strucionum. Quid draconum nomine, nisi malorum hominum uita signatur? [*dans la marge*: I de eis⁵³⁶ qui querunt remotum et mentem non mutant in melius.] De quibus per prophetam dicitur: Traxerunt uentum quasi dracones. Peruersi⁵³⁷ etenim quique⁵³⁸ uentum quasi dracones trahunt, cum malitiosa superbia inflantur. Quid autem strucionum appellatione intellegi, nisi simulatores solent? Strucio enim pennas habet et uolatum non habet; quia simulatores quique⁵³⁵ spetiem sanctitatis habent, sed uirtutem sanctitatis non habent.

Visio quippe eos bone⁵³⁹ actionis decorat, sed a terra minime penna uirtutis eleuat. Hinc Paulus apostolus discipulis dixit: In medio actionis prauę et peruerse, inter quam⁵⁴⁰ lucetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitae continentes. Hinc Petrus beatum Loth glorificat, dicens: Et iustum Loth oppressum a nefandorum iniuria, conuersatione⁵⁴¹ ereptum fuisse⁵⁴². Aspectu enim et auditu iustus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Hinc per Iohannem hic⁵⁴³ angelus Pergami Aecclesię adtestatur dicens: Scio ubi habitas, ubi sedis est Sathanę⁵⁴⁴, et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam⁵⁴⁵ [Ap 2,13]. Sepe uero cum de uita proximorum conquestum aut querelam habemus, mutare locum uolumus, et secretum uite remotionis eligere [fol. 76v° b] conamur habitaculum. Videlicet ignorantibus quasi non fuerit ibi Spiritus Sanctus, non adiuuat locus. Isdem enim Loth de quo loquitur in Sodomis sanctus extitit, in monte peccauit. Qui autem loca requirunt et mentem non custodiunt, ipsum humani generis primum parentem intelligant⁵⁴⁶, et ipsum testem habeant, quod in paradiso cecidit. Sed et humana sunt⁵⁴⁷ omnia, quę loquimur ex terra. Nam si locus saluare potuisset, Satan de celo non caderet. Unde psalmista ubique in hoc mundo temptationes esse conspiciens, quesiiuit locum⁵⁴⁸ in quo fugeret⁵⁴⁹, sed sine Deo non potuit munitum locum inuenire. Ex qua re ipsum sibi locum petiuit, per quem locum quesiiuit dicens: Esto michi in Deum protectorem et in locum munitum, ut saluum me facias. Tolerandi⁵⁵⁰ ergo ubique sunt proximi, quia Abel fieri non ualet ut eum ne quantulumcumque possit imitari⁵⁵¹. Quem Cayn malitia non exercet. Unum uero est pro quo uitari malorum societas debeat, ne si fortasse corrigi non ualent, ad imitationem trahant. Et cum ipsi sua malitia non mutantur, eos qui sibi coniuncti fuerint subuertant. Vnde Paulus ait: Corruptunt mores

536. eos corr. en eis.

537. s final gratté.

538. quisque corr. en quique.

539. boni corr. en bone.

540. quos corr. en quam.

541. m final gratté.

542. t final gratté.

543. hunc corr. en hic.

544. h ajouté en interligne.

545. En marge, croix de Saint André cantonnée de 4 points.

546. intellegant corr. en intelligant.

547. humana sunt écrit sur des mots grattés.

548. locus corr. en locum.

549. fugiret corr. en fugeret.

550. o final corr. en i.

551. emitari corr. en imitari.

bonos, conloquia mala. Sed sicut per Salomonem dicitur : noli esse amicus homini iracundo, nec ambules cum uiro furioso, ne forte discas semitas eius, et sumas ⁵⁵² scandalum anime tuę. Sicut ergo perfecti uiri, peruersos pro-[fol. 77r^o a]-ximos quos debent, saepe ad rectitudinem trahere ⁵⁵³, et ipsi ad peruersitatem numquam trahuntur ? Ita infirmi quique societatem debent declinare malorum, ne ea mala que frequenter aspiciunt et corrigere non ualent, delectentur imitari ⁵⁵⁴.

Sic enim uerba proximorum audiendo cotidie sumimus in mente, sicut et flando atque respirando, aerem trahimus corpori.

Et sicut malus aer assidue flatu ⁵⁵⁵ tractus inficit corpus, ita peruersa locutio assidue audita, infirmantium inficit animum, et tabescit ⁵⁵⁶ dilectione ⁵⁵⁷ prauis operis assidui iniquitate sermonis. Notandum uero est quia, ut Dominus ait, multi sunt uocati, set pauci electi. Et pusillus est grex, cui compromisit dare hereditatem ⁵⁵⁸. Proinde ergo dicit : *Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt uestimenta sua, set ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt* [Ap 3,4].

Ad quorum habitum et alios prouocat dicens : *Qui uincit, sic uestietur candida ueste* [Ap 3,5]. An nesciebant pauci sancti, esse sui habere in medio inquinatorum multitudinem, et propterea ipsi immaculati esse potuerunt. Sic enim esse non possunt, nisi gementes et merentes propter iniquitates quae fiunt in medio ipsorum, et spiritalem nequiciam in celestibus, ad quantum malum uident, tantum maiorem afflictionem penitentię habent. Et qui haec non habent, [fol. 77r^o b] sancti non sunt. Possunt et mali fratres non uidere iustos, propter similitudinem professionis, quam ⁵⁵⁹ quasi unanimiter tenent, et equalem uirtutem merito afflictionis penitentię non habent. Et cum eos uident in uno religionis habitu, esse ⁵⁶⁰ suos similes arbitrantur, quod nullius uere iustitię insignibus prefulgeant, et sine testimonio uiuere, dum iustum neminem putant ; et ubi est quod ipsi dicunt grauius est nobis aetiam ad uidendum. **Et non delebo nomen eius de libro uitae, et confitebor nomen eius coram patre meo, et coram angelis eius, qui habet aures audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis** [Ap 3,5-6].

EXPLICIT ECCLESIA QUINTA.

INCIPIT ECCLESIA SEXTA [I]N LIBRO SECVNDO.

ANGELO ⁵⁶¹ *Filadelfię Ecclesię scribę : Hęc dicit sanctus et uerus, qui habet clauem Dauid, qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit. Ecce dedi ante te* ⁵⁶² *ostium apertum. Scio quia modicam habes uirtutem, et seruasti uerbum meum, et non negasti nomen meum. Ecce do de sinagoga Sathanę qui se dicunt Iudeos esse et non sunt, sed mentiuntur. Ecce fatiam illos ut ueniant et adorent ante pedes tuos ; et cognoscent quia*

552. Un premier m gratté.

553. trahunt corr. en trahere.

554. immitari corr. en imitari.

555. m final gratté.

556. ut tabescat corr. en et tabescit.

557. i final corr. en e.

558. h initial ajouté en interligne.

559. que corr. en quam.

560. esse ajouté dans la marge d'une encre plus claire.

561. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur 3 lignes.

562. te ajouté en interligne d'une encre plus claire.

ego dilexi te. Quoniam seruasti uerbum patientię meę, et ego te seruabo, ab hora temptationis que [fol. 77v° a] uentura est in uniuersum orbem, temptare habitantes in terram. Ego ueniam cito, tu tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Qui uicit fatiam illum columnam in templo Dei mei, et foras amplius non exiet. Et scribam super illum nomen Dei mei, et nomen ciuitatis nouę Iherusalem, descendentis de celo a Deo meo. Qui habet aures audiat, quid Spiritus dicat Eclesiis [Ap 3,7-13].

EXPLICIT STORIA EECLESIAE SEXTÆ.

[77v° a] **Illustration : Message à l'Église de Philadelphie** (Ap 3, 7-13) :
 Sous une arcade, Jean remet le Livre à l'ange de l'Église de Philadelphie.

[fol. 77v° b] **Illustration : Motif décoratif.**

INCIPIT EXPLANATIO SVPRA SCRIPTE EECLESIAE.

Angelo ⁵⁶³ **Filadelfie Eclesię, scribe : Hęc dicit sanctus et uerus, qui habet clauem Daud, qui aperit et nemo claudit, et claudit et nemo aperit** [Ap 3,7].

Daud latino eloquio fortis manu interpretatur. Vtique quia fortissimus in proeliis fuit. Ipse est desiderabilis in stirpe scilicet sua. De qua praedixerat propheta : Veniet desideratus cunctis gentibus, id est Christus incarnatus, qui habet clauem Daud, et cuncta Legis et Prophetarum misteria, que signata et clausa latebant ⁵⁶⁴ sub litteram occidentem aperuit, et intelligere fecit Eclesię suę in Spiritu uiuificanti. Quia nisi Christus ueniret, nemo erat qui clausa aperiret. *Et habet clauem Daud* [Ap 3,7], id est regiam potestatem, quam ⁵⁶⁵ habet super Eclesiam suam. Manifestum est quod suis pulsantibus aperiat, [fol. 78r° a] et ypocritis id est simulatoribus uitae, ianuam claudat. Pulsantibus et dicentibus : Domine aperi nobis, quibus dicit nescio uos unde estis ; discedite a me operarii iniquitatis. Suis uero sanctis dicit : Petite et dabitur uobis. Querite, et inuenietis ; pulsate et aperietur uobis. Quid est petere, nisi intenta mente ex toto corde, et ex tota anima et ex tota fortitudine Deum diligere, et sine intermissione orare ? Hoc est Deum petere. Et quid est querere, nisi omni hora bonum cogitare, et cogitationes noxias radicitus a suo corde euellere ? Haec ⁵⁶⁶ est Deum querere. Et quid est pulsare, nisi semper manibus bona operari ⁵⁶⁷, et proximum sicut seipsum diligere, et inimicum propter Deum amare, et omnes iniurias pacienter ferre, et si quis tibi aliquid tulerit ut eum lucri fatias supra quam ⁵⁶⁸ tulit tunicam, non dubites addere ⁵⁶⁹ ei et pallium. Hinc Dominus in Euangelio ait : Si ipsos diligitis qui uos diligunt, qualem mercedem inde habetis ? Nonne et gentiles hoc fatiunt ? Sed si ipsum diligis, qui te odium habet, haec est uera merces apud Deum ut propheta ait : Cum his qui oderant pacem, eram pacificus. Haec est proprię animam ponere pro fratrem. Hinc per Salomonem dicitur : Fortis est dilectio, sicut mors ; et non solum diligamus, sed etiam de lucro nostro atque conpendio aliquid eis offeramus, qualiter cum eis fęderante amicitia uerbum exortacionis ⁵⁷⁰ habeamus

563. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

564. n ajouté en interligne avant le t final.

565. quem corr. en quam.

566. Haoc, ms.

567. operare corr. en operari par grattage.

568. quem corr. en quam.

569. addare corr. en addere.

570. n gratté entre a et c.

qualiter [fol. 78r° b] eum⁵⁷¹ membris Domini id est Aecclesiae⁵⁷², coniungere ualeamus. Hinc Iacobus ait : Fratres mei, si quis ex uobis errauerit a ueritate, et conuerterit aliquis⁵⁷³ eum, scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uie sue, saluat animam eius a morte, et suorum cooperit multitudinem peccatorum. Et super hec apostolico more pulsare est, manibus nostris propriis operari⁵⁷⁴, et nullum grauare, egenis propria tribuere et aliena non querere. Quia quamuis omnem censum nostrum in pauperes distribuamus, nichil apud Deum erit pretiosius, nichilque tam carius, nisi quod manibus nostris laborauerimus, quod fecerimus praeparauerimus, et edendum adposuerimus, sicut apostolus dicit : Qui non uult laborare non manducet. Hec est enim proprie pulsare, quibus⁵⁷⁵ Deus repromisit aperire. Laborantibus enim Dominus refectionem promisit, quam⁵⁷⁶ non in hoc saeculo, sed in futuro sine dubio dabit. Sicut ait : Venite ad me omnes qui laborastis et onerati estis et ego uos reficiam. Ociosis uero et pigris dicendum est : recepistis mercedem uestram. Quia esuriui et non dedistis michi manducare et cetera. Propterea discedite a me operarii iniquitatis. Sanctis uero suis dicit : *Ecce dedi ante te ostium apertum* [Ap 3,8]. Ante praedixit, qui aperit et nemo claudit. Tamquam [fol. 78v° a] si diceret : Ostium quod⁵⁷⁷ ego aperio Ecclesie, nemo extimet in toto mundo aliquem uel minimum sanctorum, uel in parte aliqua a me excludere, et ostium quod⁵⁷⁸ semel aperui, aliquis hereticorum posset ei claudere. Tamen si petierit et quesierit et pulsauerit, fatiam quod repromisi. Et quia sine Deo nec possumus esse, nec uiuere, nec laborare, tamen precepit Dominus seruo laboranti, spinas diuitiarum incidere et radices uitiorum eradicare, et peccatorum stercus foras domum in agro spargere et semen boni operis in agro culto seminare, et spe⁵⁷⁹ fidei claudere, et solet sator post hec dum⁵⁸⁰ hoc⁵⁸¹ fecerit dormire, et illud semen solet⁵⁸² germinare, radices et folia⁵⁸³ mittere, et die et nocte a pluuia et sole indesinenter crescere. Solet aetiam diuersa herbarum semina, id est zizania que⁵⁸⁴ malus homo dormiente satore⁵⁸⁵ seminat. Sed cum dixerit sator, exurge quare obdormis Domine, ingressus in agro corporis, aliud quellet quod magnum est⁵⁸⁶, quod uero minimum non tangit, quia messem opprimere non prospicit ; ita est Ecclesia. Laborat, et Dominus pluuiam preceptorum suorum tribuet, et a locustis demoniorum excludit, et aereas potestates transuolare facit, et tempestates procellosas malorum hominum sedare facit, et aprum de silua [fol. 78v° b]

571. in gratté après eum.

572. a final corr. en æ.

573. Le dernier i écrit en interligne.

574. e final corr. en i par grattage.

575. quae corr. en quibus.

576. quem corr. en quam.

577. quem corr. en quod par surcharge et ajout de d en interligne.

578. quem corr. en quod.

579. m final gratté.

580. dum ajouté dans la marge d'une autre main.

581. c écrit en interligne.

582. solet ajouté dans la marge.

583. s final gratté.

584. quem corr. en que.

585. satori corr. en satore.

586. Plusieurs mots ont été grattés entre est et quod..

scilicet⁵⁸⁷ principem terrenum, malignum, effugare facit, et messem suam quam⁵⁸⁸ cum laboratore dicit se habere communem, tuetur cotidie, et defendet. Ista Ecclesia est quae tenet rusticanos homines et sanctos, qui humiles in saeculo sunt et scripturas ignorant, sed tamen fidem immobiliter tenent. Nec omnino ullo casu tumefacti retrauntur a fide? Is⁵⁸⁹ hec ait ad illos: *Ecce dedi ante*⁵⁹⁰ *te ostium apertum* [Ap 3,8]. Et ait: *Quoniam seruasti patientiam meam*⁵⁹¹ *in tam paruis uiribus, et ego te seruabo ab hora temptationis* [Ap 3,10] istius mundi. Sciant hii tales in Ecclesia⁵⁹² gloriam suam. Et quia simplices et humiles sunt, et neminem malitiose temptando lasciscunt, inde Dominus nec parum quidem in temptatione, eos tradi permittit. Ista est Ecclesia quam⁵⁹³ sibi Dominus gratuita miseratione, sine alicuius doctrina uel philofophia⁵⁹⁴ eligere facit. Et quia supradictas Aecclesias singillatim sacerdotem increpat, hanc uero Aecclesiam ipse⁵⁹⁵ pastor celestis gubernat.

- Γ I. In prima Aecclesia Ephesi, falsos apostolos⁵⁹⁶ defectis⁵⁹⁷ caritas inputatur.
- Γ II. In angelo Zmirne Ecclesiae, falsorum fratrum, qui se dicunt religiosos esse et non sunt, sed in Antichristi membris iam corporaliter inueniuntur, increpat.
- Γ III. In angelo Pergami Ecclesie, falsos religiosos et idolorum esus, et Nicolaytarum doctrina reprehenditur.
- Γ IIII. Iterum apud angelum Tiathironorum, Iezabel prophetissa, et simulacrorum esse, id est similitudinem Aecclesie, increpat⁵⁹⁸.
- Γ V. In angelo Sardis Aecclesie⁵⁹⁹ episcopus increpat, qui nomen [fol. 79r° a] habent tantum, sed mortui sunt. Ipsi quasi uno corpori commemorans dicit: *In mente habe, quomodo audisti et accepisti* [Ap 3,3].
- Γ VI. In angelo Filadelfie quod latino eloquio interpretatur saluans herentem Domino, eo quod simplicitate rustica et fide recta, inuolabili se deuotionis obseruatione custodit. Et quia sine Deo⁶⁰⁰ nulla uirtus est, ipse est qui pugnat pro nobis, et uincit pro nobis, et quamquam ille⁶⁰¹ hoc facit, facta tamen sue Aecclesie adscribit, et inbecillitate⁶⁰² prospiciens dicit: **Scio quia modicam habes uirtutem et seruasti uerbum meum, et non negasti nomen meum** [Ap 3,8]. Supra dixerat, ecce dedi coram te ostium apertum, euangelicam fidem et apostolicum sermonem⁶⁰³, quem⁶⁰⁴ nemo potest claudere, quia modicam habes uirtutem.

587. scilicet ajout  dans la marge.

588. quem corr. en quam.

589. Id corr. en Is.

590. in corr. en ante.

591. [uerbum] patientie mee corr. en patientiam meam.

592. m final gratt .

593. quem corr. en quam.

594. sic.

595. ipsa corr. par surcharge, le a  tant maintenu.

596. Un mot gratt  devant defectis.

597. Lettres gratt es devant defectis.

598. increpatur ajout  en interligne.

599. In angelo Sardis Aecclesie ajout  dans la marge avec signe de renvoi.

600. etiam uiribus gratt  apr s Deo.

601. illi corr. en ille.

602. Un troisi me l ajout  dans la marge.

603. apostolicos sermones corr. en apostolicum sermonem.

604. quod corr. en quem.

Sciens humanam fragilitatem, misertus Dominus dicit : Sic tibi ianuam scientiae et fidei arcana patefecit, ut propter exiguitatem uirium tuarum, nullus claudere que tibi aperta sunt, conualescat. *Et seruasti uerbum meum et non negasti nomen meum* [Ap 3,8]. Et quia iam supra beneficii sui adseruerat potestatem Dominus, etiam gratiam quam dedit ipsi ⁶⁰⁵ opere ⁶⁰⁶ adsignat, eo quod per conlatam ⁶⁰⁷ sibi Dominus manu serui ⁶⁰⁸ fidem seruauerit, nec nomen negauerit sempiternum. *Modicam inquit habes uirtutem* [Ap 3,8]. Laus est protegentis Dei et ⁶⁰⁹ deuotionis Eclesiæ. Quod Deus non ⁶¹⁰ modicę uirtutis ⁶¹¹ aperiat ostium uincenti, et quod modica uirtus fide roboretur. Non enim uirtus [fol. 79r° b] requirenda est, sed fides. Neque enim una mulier Iudi ⁶¹² Olofernem per uirtutem occisit, sed per fidem. Nec credendum erat ut infirmus ⁶¹³ sexus arriperet manu propria gladium, trucidare persecutorem Eclesiæ et ostium cuneos expugnare. Non fuit hoc temeritatis audacię ; sed constantiæ uirilil ⁶¹⁴ fidutia.

Filii quoque Israël quibus ⁶¹⁵ tot ⁶¹⁶ mirabilia uirtutum patuerant, de Dei fiducia dubitantes, diuersis cladibus oppressi perierunt in heremo, manna manducando, a serpentibus interempti sunt, aetiam igne et gladio ⁶¹⁷. Murmurando, et diffidendo ⁶¹⁸, non solum terra repromissionis non intrauerunt, sed et cęlestia regna perpetim perdiderunt. Multi enim de Egipto istius saeculi exeunt, et in heremi angusto calle ingrediuntur, et manna cęlestis gratiæ scripturarum secreta penetrantur, sed uiam cęlestis repromissionis minime inueniunt, sed solum simplices et rustici et recti corde, aetiam si fuerint litterati, non possunt repperiri uiam, nisi apostolos rusticos fuerint imitati ⁶¹⁹. Non uocauit Deus grammaticos, philosophos aut oratores, primitus in apostolatam, sed simplices, pauperes et piscatores. Numquam potuit ullus ⁶²⁰ filosoforum dicere : tu es Christus filius Dei uiui. Numquam potuit De-[fol. 79v° a]-mostenes, Cicero, aut Cato filosofus ⁶²¹ dicere : In principio erat Uerbum, et Uerbum erat apud Deum. Ecce probamus Petrum et Iohannem, non filosofos sed rusticos idiotas apostolos. Petrus callosa manu, simpliciter Filium Dei pędicando uenit ⁶²² Romam, ipsum adnuntians imperatorem et Romani populi conditorem, quem uirgo peperit, non Romulum quem lupa nutriuit. Ecce non filosofu uerbo ⁶²³ impleuit mundum, sed Petri

605. ipsius *corr. en ipsi.*

606. operis *corr. en opere.*

607. um *final corr. en am.*

608. manus seruus *corr. en manu serui.*

609. tamen *gratté apręs et.*

610. non *ajouté en interligne.*

611. s *final ajouté d'une autre main.*

612. *Corr. Iudit.*

613. is *final corr. en us.*

614. uirilil *corr. en uirilil.*

615. cui *corr. en quibus.*

616. tota *corr. en tot.*

617. gladium *corr. en gladio.*

618. *Une ligne grattée apręs diffidendo.*

619. immitati *corr. en imitati.*

620. n *initial gratté.*

621. os *final corr. en us.*

622. in *gratté devant Romam.*

623. verbu, *ms avec tilde effacé au-dessus de u final.*

rustici, qui confitetur hominem, Dei Filium. Illius quippe gloriosissimum corpus, Romane ⁶²⁴ urbis ⁶²⁵ requiescit in tumulo, sed lingua eius ⁶²⁶ claret in mundo. Etsi loculo teneatur corpus ⁶²⁷ eius ⁶²⁸ beneficiis tamen patet ubique.

Ad eius sepulcrum adorandum, ex deuotione uenit imperator, pedes osculatur rustici, coronam deponit de capite. Cuius uirtus est haec, nisi eius quem credidit plena fide, et predicauit plena deuotione ? Ecce patet, quia Dominus infirma mundi elegit, ut confunderet forcia. Stulta mundi elegit, ut confunderet mundi sapientes, paupertatem et rusticitatem mundi elegit, ut confunderet superbos et diuites. Neque enim Dominus humiles saeculi sapientes, aut humiles saeculi fortes, aut diuites saeculi reprobat ⁶²⁹ potentes, cum et ipse sit sapiens, [fol. 79v° b] et fortis et potens. Sed solum ut diximus superbos ⁶³⁰ et Deum ignorantes, et in suis diuitiis spem habentes. Ecce et multi iusti cum diuitiis Deo placuerunt. Abraham testatur dicens : Loquar ad Dominum meum cum sim puluis et cinis. Non impediunt diuitiae ⁶³¹ neque sapientia, ubi est humilitas. Aliter peccat iustus, aliter peccat ⁶³² iniquus. Aliter credit iustus, aliter iniquus. Scriptum est enim. Septies cadit iustus et resurgit, sed non Domino tale ⁶³³ admittit peccatum, ut iustus esse desinat. Sed subtilem risum, aut sine contumelio locum. Aut certe cogitatum, quem non conuenit cogitare, iste talis et peccare dicitur, et tamen iustus ueraciter appellatur. Non enim sic cadit ut iustus non sit, quia scriptum est : Dum cecidit ⁶³⁴ iustus non conteritur ⁶³⁵, quoniam Dominus confirmat manus eius.

Adest ergo Dominus aetiam cadenti iusto, quia non sic peccat, ut Dominus ab eo discedat. Habet enim concupiscentiam ex infirmitate carnis, sed concupiscentia non consentit, firmatur uirtute, gratiae spiritualis. Ipsa concupiscentia est lex peccati, etiam in membris constituta sanctorum. Ad quam tamen iustos suos liberat gratia Dei per Ihesum Christum Dominum ⁶³⁶ nostrum, quia propterea peccata nostra pertulit in corpore suo ⁶³⁷ super lignum, ut a peccatis nostris separati, cum iusticia uiuamus. Cum ergo cadit iustus, debita ⁶³⁸ [fol. 80r° a] trait. Sed alia sunt debita iusti quae possunt in cotidiana oratione dimitti, quando ueraciter dicit : Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Peccata enim sanctorum sunt ex necessitate infirmitatis. Peccata iniquorum sunt ex intentione pessimae uoluntatis. Illis sic peccati reperitur exortus, ut non subsequatur affectus. Quia etsi per infirmitatem uitium nascitur,

624. Romana *corr. en* Romane.

625. urbe *corr. en* urbis.

626. eius *écrit sur un mot gratté*.

627. in corpore *corr. en* corpus.

628. eius *ajouté en marge*.

629. et *gratté avant* potentes.

630. uos *corr. en* bos.

631. a *final corr. en* æ.

632. aut *gratté avant* iniquus.

633. m *final gratté*.

634. ceciderit *corr. en* cecidit.

635. conturbabitur *corr. en* conteritur.

636. Dominum *ajouté dans la marge*.

637. Un mot *gratté après* suo.

638. deuita *corr. en* debita.

per Dei gratiam superatur. Illos autem gratiæ priuat⁶³⁹ auxilio. Præcipitat mala uoluntas, quos duxerit praua cupiditas. Ideo culpæ sanctorum peccata dicuntur esse, non crimina. Pro quibus⁶⁴⁰ sic corripuntur a patre, ut non condempnentur a iudice. Quæ tamen correptio pertinet ad iudicium, sed paternum. Quod Deus filios suos misericorditer et iudicat et flagellat, ut eos a supplitio sempiternæ damnationis eripiat⁶⁴¹. Ob hoc beatus Apostolus ait: Si nosmetipsos iudicaremus, non utique iudicaremur. Dum iudicamur⁶⁴² autem a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Peccata ergo iniquorum, tribus modis fiunt. Aut sacrilegis aut flagitiis aut facinoribus. Sacrilegia admittit, qui de Deo recte non sentit, et uera fide siue timore temporalium lucrorum sola cordis cecitate ac peruersitate discedit⁶⁴³. In flagitiis uero peccat, qui inmoderate et turpiter uiuit. [fol. 80r° b] In facinoribus peccat, qui alium aut damnis, aut quibuslibet oppressionibus crudeliter ledit. Dum autem peccant sancti, sic in quolibet peccato humana infirmitate cadunt, ut nec de uera fide pertinaciter contradicant, nec seipsos⁶⁴⁴ in tale peccato polluent, nec proximos⁶⁴⁰ ledant⁶⁴⁵. Sequentes⁶⁴⁶ apostolum dicentem: Iustę, sobrię et pię uiuamus in hoc saeculo; et alio loco dicit: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Verumtamen in hac⁶⁴⁷ triplici diuisione, iuste, sobrię et pię uiuamus. Videtur michi quia ille sobrię uiuit, qui non sequitur delectamenta luxurię. Iustę uiuit, qui proximum nullatenus ledit, sed ei beneficia in quantum ualet inpendit Pię uiuit, qui a societate aeclesiasticę unitatis nulla ratione discedit, et intra Eccclesiam positus et quę certissime nouit ad scientiam uere fidei pertinere indubitanter tenet. Illa uero quę ignorat aut de quibus dubitat, et intelligere in scripturis⁶⁴⁸ non ualet, humiliter ac patienter, trutinando et relegendo perquirat, donec si quid aliter sapit, Deo sibi reuelante cognoscat. Hęc autem sobrietas, iusticia et pietas, quę cunctis debent inesse fidelibus, ita sibi coniunctę sunt ut si una earum non fuerit, alia quę uidetur esse, nulla-[fol. 80v° a]-tenus prosit. Neque saluat sobrietas, quia quisquis a flagitiis id est peccatis in se ipso abstinet, nisi pia et iusta fuerit, id est ut in Deum recte credat, et quod⁶⁴⁹ caritas poscit, proximo libenter inpendat. Neque fructuosa iusticia est, quod⁶⁵⁰ unusquisque hoc inpendit proximo quod sibi delectatur inpendi aut fieri, si sobria et pia non fuerit. Pietas quoque mortua est, qua recte in Deum et in unitatem Aeclesię minime creditur, si castitas uel proximi caritas non tenetur. Tunc igitur animę uera salus acquiritur, si et pietas in fide et iusticia in caritate et sobrietas in castitate ac humanitate teneatur. Et ut breuiter intra Eccclesiam quid obseruetur ędoceam, ut aliquid in ipso usu adtendamus conuersationis humanę,

639. priuatos *corr. en priuat.*

640. i écrit un interligne.

641. Un a initial gratté.

642. re gratté entre iudica et mur.

643. discedunt *corr. en discedit.*

644. um final *corr. en os.*

645. ledit *corr. en ledant.*

646. sequens *corr. en sequentes par ajout de te en interligne.*

647. h ajouté en interligne.

648. a final *corr. en is.*

649. d ajouté en interligne.

650. quia *corr. en quod.*

unde facilius sumamus exemplum aperte intellegere. Sic accipiamus bapuzatorum hominum omnium animas, sicut mulieres coniugio copulatas. Nam et ipsius coniugii magnum sacramentum in Christo et in Eclesia comendat Apostolus. Sic est ergo quelibet⁶⁵¹ anima fideliter coniuncta Christo, sicut uxor uiuens fideliter cum marito. Quę in ipsa coniugii castitate⁶⁵², animum quidem uiri sui aliquotiens contristat, sed lectuli fidem puram castitatem⁶⁴⁸ conseruat, et mariti substantiam prudenter temperanterque dispensat. Ac per hoc et peccat [fol. 80v° b] marito et uiuit, tamen caste ac fideliter cum marito. Et quam facit humana infirmitas aliquando apud maritum delinquere, coniugalis castitas facit marito dulciter iungere.

Illa uero mulier que siue de domo mariti egressa, siue in eodem mariti habitaculo constituta, adulterio mixta fuerit, substantiam uiri disperserit, non uenit iudicatur digna, sed mortifero reatu tenetur criminosa. Sic est anima quę diabolo consentiens aut infidelitate subuertitur ut Dominum recte non credat, aut criminibus implicatur, si delectamenta⁶⁵³ luxurie sectatur, aut iniusticiam facit, si proximum ledet, aut auaritiā tenet, si egenti bene non facit, aut impię uiuit, et ab unitate Aecclesię discedit, aut cuilibet superbiam facit. De talibus dicit Apostolus : Quia neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Hęc omnia et crimina dicuntur et peccata. Iustorum uero delicta peccata dicuntur, non crimina. Peccatum in opere perpetratur, cum diximus, ut subtilem risum, aut sine contumelia⁶⁵⁴ locum, aut pro disciplina curam rei familiaris, sine qua non potest homo uiuere et uel unius diei spatio sine peccato esse, Iohanne apostolo adtestante : Si dixerimus quia pec-[fol. 81r° a]-catum non habemus, nos ipsos seducimus. Delictum uero est solum in praua cogitatione, quod foras nec uerbo nec facto expletur in opere. Vnde et apostolus ait : Si iustus uix saluus fiet, peccator et impius ubi parebit ? Deinde sequitur pro inimicis⁶⁵⁵ Aecclesię deuincendis⁶⁵¹ et dicit : **Ecce dabo de sinagoga Satana, qui se dicunt Iudeos esse et non sunt, sed menciuntur. Ecce faciam illos ut ueniant et adorent ante pedes tuos et cognoscant, quia ego dilexi te** [Ap 3,9]. Omnes igitur inimicos Eclesię catholice uel ostes a catholica iudicandos narrat Aecclesia ; sicut Apostolus dicit : In regeneratione cum uenerit Filius hominis, tunc et uos sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israēl. Tunc uenient profecto qui se dicunt Iudeos, id est religiosos esse et non sunt, et adorabunt ante pedes Aecclesię et cognoscent quoniam Dominus dilexit eam, hoc⁶⁵⁶ omni Aecclesię tunc in futurum promisit, quando eam ex omni natione in unum congregauerit, quia non Filadelfie Aecclesię tantum crediderunt ex sinagoga Iudeorum sed et cęterae Eclesię. Secundo Zmirnae Eclesię, angelo ait : *Blasphemaris ab his qui se dicunt Iudeos esse et non sunt* [Ap 2,9], non tamen promisi uenturos ex eis et

651. quilibet corr. en quelibet.

652. ta ajoutę en interligne.

653. e final corr. en a.

654. o final corr. en a.

655. os final corr. en is.

656. c ajoutę en interligne.

adoraturos ante pedes Aecclesie⁶⁵⁷, id est ante pedes corporis [fol. 81r° b] Christi. Quod et in futuro factum credimus esse, quamuis et in hoc saeculo omnes ad penitentiam ante pedes Ecclesiae supplices ueniant, tamen futurum intelligendum est. Sexto uero angelo qui est ante septimum, promisit quod ceteris supradictis angelis, id est Aecclesiis, sine promissione concedebat. Quia non solum unam Aecclesiam expectat Dominus ad penitentiam, sed totas septem, cum sit per uniuersum mundum una Aecclesia. Si quid enim prouenerit uni membro, omne corpus consentit et adiecit: **Quoniam seruasti uerbum⁶⁵⁸ patientiae mee, et ego te seruabo ab hora temptationis que uentura est in uniuersum orbem⁶⁵⁹ temptare habitantes in terra** [Ap 3,10]. Ecce manifestissime declarauit non se tantum presentibus sed etiam futuris saeculis loqui et in nouissimo tempore suam se promittit Aecclesiam seruaturum, quando uenerit Antichristus, humani generis inimicus, temptare habitantes super terram, ne turbentur in temptatione qui futuri sunt. Sicut tunc non Filadelfiae sola reseruata est, licet soli promiserit, ita et nunc. Nam si sola Filadelfia aut nunc Affricae uerbum patientiae Dei seruabit, cui postea in totum orbem promittit temptationem uenturam. Aperte dicimus quia non est in totum orbem, [fol. 81v° a] qui temptetur preter Aecclesiam. Et hoc quod Filadelfiae dicit, omni Ecclesiae dicit. Et quia sua Ecclesia est, tutelam protectionis cotidie promittit dicens: Seruabo te ab hora temptationis, que uentura est in uniuersum orbem. Sicut enim in Africa factum est, ita fieri oportet in toto mundo, reuelari antichristo. Sicut et nobis ex parte reuelatum est, et hoc esse nouissime persecutionis genus, eo tempore quando uenerit Antichristus. Nichilque aliud fieri nisi pressura qualis non fuit ab initio, ex quo gentes esse ceperunt. Et eodem modo ab Aecclesia ubique Antichristus seperari, quod etiam ab ea in parte superatus est, ad hostendum nouissimi⁶⁶⁰ certaminis modum. Nam modo semper Antichristus ab Ecclesia superatur. Non enim ut aliqui⁶⁶¹ putant⁶⁶², Antichristum uno in loco esse Aecclesiam persecuturum, cum dicunt quia ubique antichristi sunt. Antichristus rex erit nouissimus in toto mundo regnaturus, qui se dicet⁶⁶³ Deum, id est Christum. Modo uero occultus antichristus est in Ecclesia, quia adhuc aperte non habet potestatem datam.

Tunc uero cum uenerit, omnem mundum suae potestati sociabit. Sicut de eo per Iob dicitur: Et post se omnem hominem trait, ante se innumerabiles. Hoc loco humana sapiens dicit. Sed cum plus sint omnes quam innumera-[fol. 81v° b]-biles, querendum nobis est cur ante se innumerabiles, et post se omnes trahere dicatur, nisi quod antiquus hostis reprobum tunc hominem ingressus, id est Antichristum, cunctos quos carnales inuenerit, sub iugum suae dicionis sapit. Qui et modo priusquam appareat innumerabiles quidem, non tamen omnes carnales trait, quia, Deo miserante, cotidie a carnali opere ad uitam multi reuocantur, atque ab his⁶⁶⁴ tantum iusticiae alii per breuem, alii per longam penitentiam

657. Plusieurs mots grattés sur deux lignes.

658. meum exponctué après uerbum.

659. terrarum exponctué après orbem.

660. s final gratté.

661. d final gratté.

662. n ajouté en interligne.

663. Plusieurs lettres grattées ente e et t.

664. ab his écrit sur l'emplacement de mots grattés.

redeunt. Et modo non omnes rapit, sed innumerabiles, quia adhuc falsitatis suae stupenda miraculorum omnibus signa non exhibet. Cum uero eo tempore coram carnalibus oculis sicut magus⁶⁶⁵ miranda eis signa fecerit, post se tunc innumerabiles et omnes trait. Quia qui in hoc saeculo, bonis praesentibus delectantur diuitiis, potestati illius se absque aliqua reluctatione subiciunt. Sed sicut supra diximus, quia plus est omnem hominem trahere, quam innumerabiles. Quare prius dicitur quia omnem hominem trait, et post addidit dicitur innumerabiles? Ordo uero erat ut prius diceret quod minus est, id est, innumerabiles, et post in augmento quod maius est dicitur omnes. Sed sciendum est qua hoc loco quod plus fuit innumerabiles dixisse quam omnes, et post se, omnem hominem trait. Quia in tribus annis et dimidio, omnes [fol. 82r° a] qui in studiis uite carnalis inuenerit, iugo sue damnationis adstringit. Ante se uero innumerabiles traxit, quia per quinque milia et adhuc⁶⁶⁶ amplius annorum curricula, quamuis carnales omnes trahere non potuit, multo tamen plures sunt in tam longo tempore, quam quos adhuc rapiendos inuenerit. Bene ergo dicitur. Post se omnem hominem trait, et ante se innumerabiles. Quia et tunc minus tulit, cum in finem omnes tulerit, et modo amplius rapit, cum corda omnium non inuadit, quia necdum e medio Eclesiæ uerus Christus discessit, qui dicit: **Ego ueniam cito, tu tamen tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam** [Ap 3,11]. Velocem suum predixit aduentum, et interitum Satanæ cicius esse futurum. Nec longam temptationem, futuram esse pronunciat. Et ideo admonet, ne hostis⁶⁶⁷ rapiat coronam eius.

Sicut et Salomon dicit: Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudelibus.

Magna nobis fiducia asserendi ubique Aecclesiæ, perseuerantia inquisitione conlata est. Habemus quid respondere calumniantibus, qui dicunt Eclesiam deficere, et ad numerum domus Nouæ multis coronam perdentibus posse deduci, quod dixerit Dominus, *tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam* [Ap 3,11] minus considerantes inuenisse atque proferre. Si enim corona alteri traditur perdita, [fol. 82r° b] non est uacuum locus eius, qui quod tenebat perdidit. Quid est autem quod dicit ne alius accipiat coronam tuam, non enim preterea⁶⁶⁸ debemus tenere quod habemus ne alius accipiat, et non etiam ipsi perdamus, nisi quia Deus et promissionum suarum firmitatem uoluit ostendere, et uane spei locum non promittere, ne forte aliquis sibi de Dei promissione fiducialiter blandiretur et piger et tepidus remaneret. Et quibuscumque modis sub religione Abrahæ se filium⁶⁶⁹ putaret, eo quod Abrahæ Dominus promisit⁶⁷⁰ iureiurando in semine eius hereditare⁶⁷¹ omnes gentes. Propter hoc ostendit fortiter tenere, et ne alius accipiat, habere mandauit et coronam non perseuerantibus posse auferri, et qui⁶⁷² uidetur non deficere, sed usque in finem perseuerare coronam suam semper habere. Hęc est enim potentia. Hęc est enim firmitas promissionum Dei, ut quibusdam Abrahæ. Ne aut mali se Abrahæ filios gloriantur, aut Abraham suos

665. magi corr. en magus.

666. Un premier amplius gratté après huc.

667. h ajouté en interligne.

668. Le dernier e ajouté en interligne.

669. Le second i ajouté en interligne.

670. promisit ajouté en interligne.

671. t final gratté.

672. d final gratté.

filios Deo debitore et nutritore, perdiderit. Sic sanctorum numero impossibile est zizaniorum crescentium perfidia breuiari impossibile est, ut diximus, messis inter zizaniam ⁶⁷³ disturbetur ; si disturbatur, non est messis sed zizania. Siquidem ambobus crescere usque ad maturitatem, Deo iudice ⁶⁷⁴ promissum est. Perseuerantibus uero dicit : [fol. 82v° a] **Qui uincit faciam illum columnam in templo Dei mei, et foras amplius non exiet** [Ap 3,12]. Columna pretiosum et multum utile membrum dixit in suo corpore coniungendum, ut ornatum prestat et fortitudinem, sicut et Paulus apostolus dicit : Iacobus et Iohannes qui uidebantur columnę esse dexteras dederunt mihi et Barnabe societatis *in templo Dei mei* [Ap 3,12], id est in multitudine beatorum. **Et foras inquit, non egredietur amplius** [Ap 3,12]. A sanctorum scilicet consorcio re uera a merito et gloria electorum numquam exire, a Deo enim exierunt gentiles, sicut scriptum est per Daudid : Commemorabuntur et conuertentur ad Dominum omnes patrię gentium. Conuenit autem et in eos quos de sinagoga Sathane ⁶⁷⁵ promisit uenturos. De domo enim scisma foras exierat, magis in eos conuenit. Dum enim dicit amplius non exiturum, ostendit nouissimum certamen in finem. Futura est enim post unitatem altera separatio, nouissimo certamine, quo ⁶⁷⁶ si quis liberandus est foras non exiet. Antea uero propterea Deus aliquos qui post modum liberandi essent, exire passus est, quod superesset tempus redeundi. Hos nouissime amplius exire non permittitur, quoniam quisquis tunc foras exierit, tempus redeundi non habebit. **Et scribam super illum nomen Dei mei et nomen ciuitatis Dei mei noue** [fol. 82v° b] **Iherusalem, quę descendit de cęlo a Deo meo** [Ap 3,12]. Vt et diuino nomine presignetur, et immortalitatis gloria decoretur, et nomen diuine ciuitatis noue Iherusalem quę est uisio pacis accipiat, et sic quietis perpetuę et securitatis ostia ⁶⁷⁷ perfruatur. Ipsa est ciuitas quę descendit de cęlo a Deo, ut inhabitent in ea et requiescant sancti. **Et nomen meum nouum** [Ap 3,12]. Nichil in Deo uetus est, quia non ueterescit ętate, sed nomen Dei semper nouum, semper rectum est. Et si qui ⁶⁷⁸ isto ⁶⁷⁹ nomine ⁶⁸⁰ titulatur ⁶⁸¹, in ęterna potestate translati perpetuam obtinent uitam. Nomen Aecclesie in hoc mundo cotidie descendit a Deo de cęlo, id est Aecclesia de Aecclesia per Deum semper nascitur. Noue autem dixit propter nouitatem Filii hominis Ihesu Christi qui est in Iherusalem, et nomen meum nouum, quod est nomen Christianorum. Cum ante aduentum eius et Christi, et sacerdotes, et dii dicebantur hominis dignitatem. Sed non erat nouum, quia multi erant, et nullus ex eis mundum saluare poterat ⁶⁸², nisi Dominus Ihesus Christus, id est rex saluator. Hoc est nomen nouum, quod est super omne nomen, hic est rex regum, qui est super omnes reges. Sed non quod nouum sit istud filio Dei, ut tunc haberet initium. Absit, sed solum in carne dicimus nouum, qui in principio antequam mundus fieret,

673. Tilde très effacé sur le a.

674. i final corr. en e.

675. h ajouté en interligne.

676. a quibus corr. en quo.

677. h initial gratté.

678. s final gratté.

679. istud corr. en isto.

680. ine ajouté en interligne.

681. n ajouté en interligne devant tur.

682. Les trois lignes suivantes sont très effacées.

equalem cum Patre habet claritatem ; sed hoc est nouum Filii Dei, quod uoluntarię fuit mortuus et resurrexit, quia potuit. Et sedet ad dexteram Dei, Filius hominis est, qui dicit nomen meum ipse est, [fol. 83r° a] quem in principio huius libri inter septem candelabra aurea uideat. Hic est Filius hominis Ihesus, in cuius nomine curuat omne genu, cęlestium terrestrium et infernorum. **Qui habet aures audiat, quid Spiritus dicat Aecclesiis** [Ap 3,13]. Quotiens Spiritus ea dicit quę aliter quam sonat intellegenda sunt, ita concludit dicens : Qui habet aures audiat, quid Spiritus dicat Aecclesiis.

EXPLICIT EꝀCCLESIA VIª, IN LIBRO NOSTRO.

INCIPT AECCLESIA SEPTIMA IN LIBRO SECVNDO.

Angelo ⁶⁸³ *Laudocie Aecclesię scribe* : Haec dicit, testis fidelis et uerus, qui est principium creaturae Dei. Noui opera tua, quia neque frigidus neque calidus es. Vtinam frigidus esses aut calidus, sed quoniam tepidus es et non calidus neque frigidus, incipiam te euomere ex ore meo, quoniam dicis diues sum, et locupletatus sum et nichil egeo. Et nescis quia tu es miser, et miserabilis et cecus et pauper et nudus. Consilium do tibi, ut emas a me aurum igne probatum, ut diues sis et locupleteris et uestimenta mea alba induaris, ne appareat turpitudine nuditatis tuae. Et collirio inungue oculos tuos ut uideas. Ego quos amo, arguo et castigo. Emulare ergo et age penitentiam, ecce sto ad ostium et pulso ; si quis audierit uocem meam et aperuerit ostium, introibo ad illum et cenabo cum eo et ille mecum. **Qui uincet** ⁶⁸⁴ *dabo illi sedere mecum in sede mea*, [fol. 83r° b] sicut et ego uici, et sedeo cum patre meo in sede eius. **Qui habet aures audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis** [Ap 3,14-22].

EXPLICIT STORIA.

[83r° b] **Illustration : Message à l'Église de Laodicée** (Ap 3, 14-22) :

Sous une arcade très ornée, Jean remet le Livre à l'ange de l'Église de Laodicée : AECCLESIA LAODICIAE.

[fol. 83v° a] **INCIPT EXPLANATIO SVpra SCRIPTO STORIE EꝀcclesię in LIBRO SECVNDO**

Angelo ⁶⁸⁵ *Laudocię Ecclesię scribe* : Hęc dicit testis fidelis et uerus, qui est principium creature Dei. Noui opera tua, quia neque frigidus es neque feruens. Vtinam frigidus esses aut feruens ; sed quoniam tepidus es et non feruens neque frigidus, incipiam te euomere ex ore meo [Ap 3,14-16]. Adhuc ipsum fidelem et uerum Dominum nostrum Ihesum Christum, qui est principium creature Dei. Non qui susceperit principium sed qui dederit, ad EꝀclesiam loqui describere tempore ⁶⁸⁶, quorundam arguere uel mollitiam increpare significat cu[i] ⁶⁸⁷ dicit : euomam te ex ore meo. Quosdam aliqua fatuitate deceptos reprehendit ; multo frigore iniquitatis arguerit, nec boni si inuenerit operibus incubare, sed tepidos in utrumque persistere. Vnde nequaquam bonorum operum esca ⁶⁸⁸ Christo, qui bonis actibus satiantur. Adponunt se in suis deliciis persistentes, fideles se

683. Initiale rehaussé de couleurs en partie rentrante sur 2 lignes.

684. uicit corr. en uincet par n suscrit et surcharge.

685. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur 3 lignes.

686. Tilde effacé sur le premier e.

687. Le i final est effacé.

688. m final gratté.

asserunt, sed euomendos eos a corde suo et proiciendos protinus comminatur, et dicit : *Neque frigidus es neque calidus, sed quia tepidus es euomam te ex ore meo* [Ap 3,16], id est non sis in uisceribus meis, quia tepidus es. Tepidos enim dicit omnes diuites credentes et indignitatibus conlocatos. Sed cum sint credentes, in suis [fol. 83v° b] cubiculis de scripturis tractant et disputant, utrum foris sint ab Aecclesia, tamen fideles anime intelliguntur. Scilicet glorificantes se et dicentes se omnia scripturarum p̄cepta cognoscere et Deum credere, p̄dicti fidutialiter acturos se aliquid in Eecclesia prollocuntur, opera autem uacantes. Et ideo ait ad illos : *Neque frigidus, neque feruentes esse, neque paganos, neque fideles, et inde dicit : Vtinam feruens esses, id est religiosus, fidelis et sanctus. Aut utinam frigidus esses* [Ap 3,15], id est infidelis aut incredulus, et foras esses de Eecclesia. Quocumque modo, aut in bono, aut in malo, perfectus esses et abtus. Sed quia *neque frigidus neque calidus* [Ap 3,15] es sed tepidus, non eris in cibo meo comestus, neque in uisceribus meis coniunctus. Sed quia neque frigidus est iste neque calidus, omnibus enim omnia est, et cum incredulis et cum fidelibus utrimque ⁶⁸⁹ abtus est, *euomam te* ait *ex ore meo*, quia nausia michi facis. Nausiam, quantum odibilis sit nemini latet. Sic et huius modi homines a Christo et Eecclesia euomantur, cum in diem iudicii foras proiciantur ; Et quia sunt diuites et tepidi, et adhuc super cupiditiam auari, sed tamen ut diximus fideles sunt et christiani. Quia pauper non potest esse qui diuitias habet. Diues non est, quia ex diuitibus non operatur. Sequitur enim ipse diues, litteratus et fidelis, et dicit : **Diues sum** [fol. 84r° a] **et locupletatus, et nichil egeo. Spiritus enim dicit : Et nescis quia tu es miser et miserabilis et cecus et pauper et nudus. Consilium tibi do, ut emas tibi a me aurum igne probatum** [Ap 3,17-18]. Confundit eos qui gloriantur in operibus suis et exultant, si forte unum nummum pauperi dederint, aut forte aliquid boni egerint gloriantur, uel in scientia aut fide qua tepide suscepserint confitentes, nichil se indigere profitentes. Sed e cont[ra]rio reprehendit eos sed ⁶⁹⁰ misericordia dignos, sed egenos, et mendicos, ac bonorum operum paupertate defessos, uel qui non aspicient nuditatem suam, nec considerent quia nudi et uacui a bonis reduntur operibus, bonitate solita, et ipsos prouocat ad salutem. *Suadeo tibi emere a me aurum igne probatum* [Ap 3,18], id est de mea passione sumas exemplum, et mittas te in conflatorio tribulationis, ut ab omnibus probatus appareas, quemadmodum et ego probatus sum a uobis et sequaris me qui mortuus fui pro te, et fundas sanguinem pro me, quemadmodum fudi pro te. **Vt diues sis et locupleteris, et uestimenta mea alba induaris, ne appareat turpitude nuditatis tuae** [Ap 3,18]. Utique elemosinis, et actu bono, aurum ignitum igni ipse sis aurum p̄ssurarum flammis incoctu, aelemosinis et iustis operibus purgatum. **Vt sis diues in hoc quod feceris, et uestimenta mea alba induaris, et non appareat confusio nuditatis tuae.** Putabat enim se diuitem, [fol. 84r° b] et cultu candidum, nichilque turpitudinis operum suorum apparere. **Et collirio** ⁶⁹¹ **unge oculos tuos ut uideas** [Ap 3,18]. Haec est aurum quod promittitur Aecclesie per prophetam : **Pro ere, afferam aurum, et pro ferro afferam argentum. Pro igni** ⁶⁹² **es, et pro lapidibus ferrum.** Eloquium scilicet Domini, et euangelicam

689. utrumque corr. en utrimque par grattage.

690. Le d final en partie gratté.

691. um final corr. en o d'une encre noire.

692. s final gratté.

apostolicamque doctrinam, esse pronuntiat. Quo ⁶⁹³ qui locupletatus extiterit, spirituales sine dubio diuitias promeretur. Et uestimentis albis, id est nitore bonorum operum decoratur, nec nudatus bonis operibus turpitudine parebit. Collirium autem quo ⁶⁹⁴ ungi ⁶⁹⁵ oculos mandat, cordis est conpunctio et lacrimę penitentis. Et reuertenti sanabilis dolor, nec iratum se uel odientem loqui testatur, sed diligere potius clamat dicens : *Collirio unge oculos tuos, ut uideas* [Ap 3,18]. Ac si aperte diceret : O diues, tu qui legis, intellige ⁶⁹⁶ quid dicis. Quod si legis et non intelligis, collirio oculos tuos non ungis. Oculi aliquando in scriptura sancta duo testamenta, id est Lex et Eūangelium intelliguntur ⁶⁹⁷, qui credentibus lumen ueritatis infundunt. Sicut scriptum est : Pręceptum Domini lucidum, inluminans oculos. Et iterum : Lucerna pedibus meis, Uerbum tuum Domine. Si per Uerbum Domini inluminantur oculi, inluminent ergo et diuitis cęci. Cognosce Christum qui cecum inluminauit ⁶⁹⁸ ; expuit in terra et collirium fecit digito suo, et posuit in oculos cęci nati et dixit ei : Vade ad nata-[fol. 84v° a]-toriam Siloe, laua et uidebis. Antequam saliuā iactaretur in terra, erat quidem terra, sed lumen cęco non prebebat ⁶⁹⁹. Iuncta est saliuā cum terra, digito commixta, et sic limuit oculos caeci. Habiit et lauit et uidit. Saliuā Eūangelium est, terra Lex. Quid facit ergo Lex sine Eūangelio, qui non dat lumen cęco, sed iuxta uiam dimittit stantem, quia nec in uia facit gradientem. Descendat ergo Christi saliuā in terra, et colligat terram, et misceatur digito Spiritus Sancti, et ungat oculos diuitis cęci, et uadat ad natatoria Siloe, qui dicitur missus, ad eum qui dixit : Non sum missus nisi ad oues perditas, domus Israel. O diues si legis, et credis quia Ihesus est missus ad te, quere prophetiam, quare uenerit ad te. Lege Eūangelium, et cognosce quanta passus est pro te. Carum te habuit, quia de caro pretio ⁷⁰⁰ sanguinis sui redemit te. Quid retribues ei, quo ⁷⁰¹ de seruo liberum fecit ? Audi quid tibi petat, *aurum igne probatum* [Ap 3,18] ; haec est uera retributio, cum sanguis sanguini compensatur. Hoc ergo collirium inungue ⁷⁰² oculos tuos ut uideas. Vt qui libenter per scripturas cognoscis, huius et opus facere coneris. Et si cum huius modi homines de grandi peccato ⁷⁰³, ad grandem redeunt penitentiam, non solum sibi utiles sunt, sed multis prodesse possunt. Non paruam sed grandem mercedem eis promisit, *sedere in solio iudicii sui*. **Ego quos amo**, [fol. 84v° b] **arguo et castigo**. **Emulare ergo et age penitentiam** [Ap 3,19]. Suscitat ad penitentiam peccati grauissimo opere depressos et ad imitationem ⁷⁰⁴ sanctorum inuitat. Ostendit quia in Eūcclesia haberent, quos imitare ⁷⁰⁵ et sequi deberent. Ac si aperte diceret, imitare ⁷⁰⁶ eos quos cruciare

693. d final gratté.

694. quod corr. en quo par grattage.

695. ungueri corr. en ungi.

696. intellege corr. en intellige.

697. intelleguntur corr. en intelliguntur.

698. inluminabit corr. par ajout de v en interligne sans suppression du b.

699. prebebit corr. par ajout a en interligne et effacement du i.

700. carum pretium corr. par surcharge d'une encre plus sombre.

701. quem corr. en quo.

702. Lettres grattées après inunge et remplacées par un trait de liaison à l'encre rouge.

703. grande peccatum corr. par surcharge.

704. immitationem corr. en imitationem.

705. immitare corr. en imitare.

uides pro nomine meo. Omne enim corpus diuitum in uno homine comprehendit, sicut et in homine corpus episcoporum, unum angelum Ecclesiarum. **Ecce sto ad ostium et pulso, si quis audierit uocem meam, et aperuerit ianuam, intrabo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum** [Ap 3,20]. Stat salus nostra⁷⁰⁷ Dominus Ihesus Christus, et ianuam nostri cordis inpellit. Et qui respiciens a peccatis suis, et presulum malitiam⁷⁰⁸ et prouocationem cordis abiecerit, intrabit sine dubio et manducabit cum eo, et deliciis eum iusticiae satiabit. Ac si aperte diceret : Domus mea erit, et ego eius habitator, sicut ipse dicit. Qui diligit me diligitur a patre meo. Et ego diligam eum et manifestabo ei⁷⁰⁹ meipsum. Et ego et Pater ad eum uenimus et mansionem apud eum faciemus. Et post hanc correptionem, quod bonis actibus promittat, dicit : **Qui uicerit⁷¹⁰, dabo illi sedere mecum in sede mea, sicut et ego uici, et sedeo cum Patre meo in trono ipsius** [Ap 3,21]. Consessorem quem dicit, participem potestati promittit. Nam cum dicit in sede Patris sedisse, quomodo cum illo sedebit qui uicerit, cum ipse Unigenitus in sede Patris, potestate sedeat, sicut ipse ait : Cælum

[Folio perdu : *Le recto devait contenir le texte suivant, restitué d'après Sanders ; le verso pouvait représenter l'Arche de Noé, complétant ainsi la scène traditionnelle dont le recto du folio suivant figure les victimes du Déluge et la colombe*] :

et terram ego impleo ? **30** quid est ergo in throno Dei sedere, nisi quiescere et gloriari cum Deo et eius beatis adsistere tribunalibus, atque inconcussa praesentia illius felicitate gaudere ? *qui habet aures audiendi, audiat, quid spiritus dicat ecclesiis* [Ap 3,22].

8. 1 Expositio septem ecclesiarum, qualiter ex septem nominantur, specialiter per arcam Noae declaratur. et dixit Dominus ad Noe : *tempus omnium hominum iam uenit ante me, quia repleta est terra malitia eorum, et ecce disperdo eos et terram omnem. fac itaque tibi arcam de lignis quadratis, nidos et nidos facies et bituminabis eam.* **2** si arcae istius fabricam per quam iustus homo Noe naufragium mundi meruit evadere, diligenti cura et sollicita animadversione uelimus inspicere, procul dubio magnum sacramentum spiritualis gratiae in ipsis mensuris et coniunctionibus inuenimus esse dispositum. **3** sic enim ait : *facies arcam trecentorum cubitorum longitudine, et quinquaginta cubitorum latitudine, et triginta cubitorum altitudine. collectam facies arcam et in cubito consummabis eam desuper. et ostium facies de latus, et bicameratam et tricameratam facies eam et reliqua.* **4** haec itaque arcae fabrica ecclesiae nostrae tipum praespiciue indicabat. Noe uero Christi figuram habuisse nulla est dubitatio, quippe qui ex Hebraeo in Latino sermone Noe requies appellatur, sicut et pater ipsius Lamec, quum nomen ei inponeret, prophetauit. **5** hic ait : *faciet nos requiescere ab operibus nostris et maeroribus manuum nostrarum a terra, quam execratus est Dominus.* **6** ut ergo Noe in omni terra solus iustus inventus est, et cunctis in cataclismo aquae pereuntibus ipse solus cum domo sua salvatus est, quia solus Deum sibi bene vivendo fecerat pium, quem e contrario actu mundus iratum ; sic et quum uenerit

706. emitare corr. en imitare ; re ajouté en interligne.

707. Un mot gratté après nostra.

708. malitię corr. en malitiam.

709. ei ajouté en interligne.

710. uecerit corr. en uicerit.

Dominus iudicare saeculum in flamma ignis, tunc malis omnibus ac refugarum angelorum cunctisque mundi sceleribus daturus est finem. sanctis vero solis requiem in regno futuri aevi praebiturus. 7 nam arca haec, quae de lignis inputribilibus constructa est, venerandae, ut dixi, ecclesiae fabricam indicabat, quae semper est cum Christo mansura. septem animae, quae Noae sancto et iusto donantur, septem ecclesiarum tipum habuisse noscuntur, quae per Christum excidium iudicialis incendii sunt evasurae, et in nova terra cum Christo sunt regnaturae. 8 sed fortassis aliquem moveat, cur septem dicantur ecclesiae, cum una sit in universo orbe diffusa. septem itaque ecclesiae propter septenarium spiritum, cum sit una, pluraliter nominantur. sicut enim corpus unum est,

[fol. 85r^o] **Illustration : Le Déluge :**

Sur trois registres, des cadavres d'hommes et d'animaux ; un corbeau picore les yeux d'un homme ; la colombe vole sur un arbre : COLUMBA, CORUUS, UULPIS, CATUS, EQUUS, MULIER, CANIS, MULUS, CAPRA, OUIS.

[fol. 85v^o a] et septem sunt membra, uel septem membrorum offitia, id est caput, pedes, manus, uisus, auditus, gustus, odoratus, ita et unum⁷¹¹ est corpus Aecclesie, sed septiformis carismatum gratia. Sed septem oculi Domini, et septem stelle in dextera sedentis in trono, et septem candelabra aurea, et septem lucerne in tabernaculo Domini, et septem angeli, et septem tube, septem fiale, septem mulieres adprehendentes hominem unum, id est uirtutes Aecclesie Christum tenentes, et septem columnae apud Salomonem quibus domus Aecclesie fulcitur atque erigitur. Sed et Iohannes beatus apostolus ad septem Ecclesias scribit, et Paulus eque uenerabilis apostolus ad septem similiter Aecclesias epistulas dedit, ad reliquas autem nominatim scripsit numerum⁷¹² septem Ecclesiarum⁷¹³. Nam et septem panes in Euangelio, et septem sporte plene fragmentorum superantes, septiformis Aecclesiae imaginem⁷¹⁴ indicabant. Et ideo ait scriptura diuina, introiuit Noe in arca septem anime cum eo, septem iste anime, septem ut dixi⁷¹⁵ Aecclesias indicant⁷¹⁶, in unaquaque Ecclesia⁷¹⁷ septem Aecclesias esse, breuiter adprobabit.

Septem enim sunt carismatum dona, ut per Esaiam uirtutem⁷¹⁸ inclitum Dominus manifestare dignatus est. Et requiescit ait super eum spiritus sapientiae, spiritus intelligentiae, consilii, uirtutis, agnitionis, pietatis, spiritus timoris Dei. Quae omnia, omnes habere non possumus, sed singuli singula habemus. Omnia uero solus Christus Dominus habet, qui corpus est [fol. 85v^o b] integrum, in nobis uero singula qui deputamur⁷¹⁹ in membris. Quicumque igitur ex numero fratrum in una eademque⁷²⁰ Aecclesia consistentium habuerint spiritum

711. unus corr. en unum.

712. numerus corr. en numerum.

713. excederet gratté après ecclesiarum.

714. immaginem corr. en imaginem.

715. t final gratté.

716. indicabant corr. en indicant.

717. Unaqueque ecclesiae corr. en unaquaque ecclesia.

718. Tilde effacé sur le e final.

719. mus final corr. en mur.

720. in uno et eodem corr. en in una eademque.

sapientię, hii omnes habentes unum carisma, unam Aecclesiam fatiunt. Ecclesia etenim congregatio ⁷²¹ sanctorum interpretatur. Denique beatus apostolus Paulus cum ad Ecclesiam scriberet, quid esset Aecclesia, addidit dicens : Sanctis et fidelibus. Ac per hoc quicumque sancti fratres et fideles habuerint spiritum intelligentiae, alteram Aecclesiam, quasi alteram classem fatiunt. Simili quoque ratione quicumque ⁷²² habuerint spiritum consilii, tertiam classem quasi terciam Aecclesiam fatiunt, et quos spiritus agnitionis inundauerit, in quinta Aecclesia deputantur. Sic ⁷²³ et quos spiritus pietatis adunauerit, sexte Aecclesiae numerum ostendunt. Et quos spiritus timoris Dei coniunxerit, hii ad septimam Aecclesiam referuntur. Cum enim separati sumus singuli, singula carismata habemus. Cum autem in unum conuenimus, omnes unam et integram et perfectam septiformem Aecclesiam, quę Christi corpus est, facimus. Hęc ⁷²⁴ sunt septem animę quę Noę qui Christi imaginem ⁷⁰⁸ portendebat, in excidio ⁷²⁵ aque donate sunt. Per aquam enim ut iusti saluantur, ita peccatores et impii puniuntur. Sicuti ⁷²⁶ septem iste Ecclesię in fine saeculi, pereuntibus cunctis nationibus, per Christum sunt ab ignis ut iam diximus cataclismo liberandę, et cęlestis regni gloriam percepturę. Quia sicut nullus cataclismum aque potuit euadere, nisi qui in arca est reseruatus, sic et nemo in diem diuini iudicii poterit effugere, nisi quem Aecclesię catholicę archa [fol. 86r° a] tutauerit. Quod autem bicamerata, et tricamerata archa fuisse refertur, mansionum loca et habitationum qualitates que sanctis in regno Dei sunt pręparate, euidenter ostendit. In una etenim camera, paradisi figura est. In altera ⁷²⁷ terrę nouę, ubi Iherusalem cęlestis est descensura, ut fiat in ea, sicut scriptum est. Habitatio Dei cum hominibus. De qua terra beatus Iohannes ait : *Et uidi cęlum nouum et terram nouam et ciuitatem Iherusalem descendentem de caelo in terram nouam* [Ap 21,1]. Et Eşaias : Sicut caelum nouum et terram nouam que ⁷²⁸ ego fatio ⁷²⁹ perseuerare in conspectu meo, sic perseuerabit semen uestrum, dicit Dominus omnipotens. In tertia camera, cęlorum regnum. Inde est quod Saluator noster ac Dominus, in Eųangelio dicebat : Multę sunt habitationes apud Patrem meum, qui est in caelis. Sic autem de cęlorum regno scriptum est : Beati qui persecutionem paciuntur propter iusticiam, quia ipsorum est regnum cęlorum. De paradisi autem mansionem, ipse itaque Dominus probat, cum dicit : *Vincenti ait dabo de ligno uitae, quod est in paradiso Dei mei* [Ap 2,7]. Terrae autem nouae mansionem similiter manifestat cum dicit : Beati mansueti, quia ipsi possidebunt terram, impii autem expelluntur ab ea. Harum ⁷³⁰ itaque trium mansionum qualitates, rursus idem beatus Eşaias meminit dicens : Sustinentes Deum mutabunt uirtutem, pennigerabunt ⁷³¹ tamquam aquilę,

721. Un trou dans le parchemin entre con et gregatio.

722. que initial corr. en qui.

723. c ajouté en interligne.

724. Haec corr. en Hęc.

725. c ajouté en interligne.

726. Une lettre grattée entre sicu et ti.

727. m final gratté.

728. quam corr. en que.

729. fatio ajouté en interligne.

730. h ajouté en interligne après le a initial, au-dessus d'une lettre grattée.

731. pin initial corr. en pen.

current et non fatigabuntur, ambulabunt et non esurient ⁷³². Uolabunt, itaque in cælum sicut aquilæ, pennigerantes ⁷²⁵ current in paradiso, et non fatigabuntur. [fol. 86r° b] ambulabunt in terram nouam et non esurient, quia escam illic a Deo præparatam accipient. Hanc itaque tripertitam rationem mansionum ⁷³³ sanctorum, aetiam et apostolis suis in euangelio Dominus per parabolam manifestasse dignatus est, dicens : Semen quod cecidit in terram bonam, fatiet ait fructum centesimum. Centesimum itaque fructum fatient, qui in caelis habitationem accipiunt. Sexagesimum, qui ⁷³⁴ in paradiso habitare merentur. Tricesimum, qui in terram nouam futuri sunt. Vnde iam uobis planum esse debet archam istam tricameratam Aecclesiæ sepe, ut dixi, catholicæ imaginem perspicuæ indicasse, cuius tripartita habitacula, id est caeli, paradisi et terrae nouæ, retro alia a Domino monstrabatur. Verum quod dicit, si archæ ipsius fabricam fuisse depositam, ut latior fuerit in primo unde sumpsit exordium, in medio angustior, et tercio per quattuor angulos collecta usque ad unum cubitum coartate mesure sit consummata, unam habens fenestram de latere ⁷³⁵. Hoc utique significabat quod in prima parte fabricæ, id est in prima uacatione sanctorum, latior licentia et remissior disciplina omnium patrum et patriarcharum propter generandam subolem filiorum esset indulta, et quod permissum fuit ⁷³⁶ eis plura licitè facere, et liberius agerent quæ uellent, ideo maior et spatior pars archæ fabricatur in primis. Media uero in angustiori mensura redditur, quia mediis temporibus per legem [fol. 86v° a] Moysi et prophetis in angustiori, et breuiori spatio, preceptis constringentibus populus redigendus erat. Tertia uero camera per angulos collecta et in unum cubitum consummata, hoc significabat quod per quattuor angulos, id est quattuor Euangelia omnis esset Aecclesia coartanda. Quia arcta ait et angusta est uia quæ ducit ad uitam. Et usque ad unum cubitum, id est usque ad mensuram suscepti hominis quem induit Dominus, omnis esse compago Aecclesiæ redigenda. Denique nemo ad fastigium perfecte uirtutis Aecclesiæ peruenire potest, nisi per angustias tribulationum, et persecutionum pressuras, quas in passione sua pertulit Dominus, sicut scriptum est : Oportet uos per multas tribulationes introire in regnum Dei. Sed quod dicit in cubitu consumabis eam, cubitu uno ⁷³⁷, imago ⁷³⁸ est ut dixi corporis Christi, qui cubitus ad unitatem perfecti uiri cuius nos membra sumus, non ad mensuram status omnis pertinere uidetur. Omnes enim unum sumus in Christo Ihesu, ideo uno cubitu arche fabrica consumatur, quia in uno Christi corpore, et in gratia passionum eius, omnis plenitudo erat Aecclesiæ colligenda. Nam quod coruum dicit de archa emissum, non fuisse ultra reuersurum, hoc ostendebat impuras uoluntates hominum de Aecclesia expellendos, et non esse ulterius reuersuros. Coruus enim subdolos et impure animæ significat uo-[fol. 86v° b]-luptates, et nigri coloris infamia peccatorum iniusta uitia ⁷³⁹ demonstrabat. Columba uero quæ emissa ⁷⁴⁰ est, cum requiem non

732. esuriunt *corr. en* esurient.

733. mansionem *corr par ajout de v en interligne sans suppression du e.*

734. quia *corr. en* qui.

735. re *ajouté en interligne d'une autre encre.*

736. permittendum esset *corr. en* permissum fuit.

737. cubitum hoc unum *corr. en* cubitu uno.

738. immago *corr. en* imago.

739. Le second *i ajouté en interligne.*

inuenisset in seculo, rursus in archa reuersa est, Sancti Spiritus imaginem⁷⁴¹ indicabat, qui cum fuisset a Domino in toto orbe diffusus et prae iniquitatibus saeculi, requiem apud homines repperire non potuisset; rursus esset in archam Aecclesie reuocandus, sicut ipse Dominus in euangelio apostolos suos instruit dicens: Ad quamcumque⁷⁴² domum uel ciuitatem ueneritis, dicite pax huic domui. Si fuerit ait, illic filius pacis, ueniet pax uestra super eum⁷⁴³. Si autem non fuerit illic filius pacis, pax uestra reuertetur ad uos. Proinde Spiritus Sanctus cum adhuc super gentes requiem non inuenisset, quia necdum in Christo crediderant, reuersus est in archa Aecclesie apostolorum, donec sublatis iniquitatibus peccatorum, cresceret in cunctis nationibus fidei disciplina, quemadmodum Sanctum Spiritum accipere mererentur. Denique subiunxit scriptura: Et iterum dimisit columbam de archa, et reuersa est columba ad eum sub uesperam habens ramum oliue in ore suo. Quod ergo ramum oleę attulit, testimonium pacis et resurrectionis perspicue indicabat. Et quod lignum passionis ore suo predicans ac praeferens, pinguem gratiam carismatis tribuere haberet, sub uespera autem quod in finem saeculi aduenire haberet. Mensura uero arche trecentorum cubitorum longitudo, figuram dominice crucis aeuidenter ostendit. Trecentos [fol. 87r^o a] etenim apud Græcos, tau littera signatur⁷⁴⁴. Quę littera, unam apicem quasi arborem erectam facit, alteram uero ut antenna in capite extensa, utique crucis habita demonstrat. Quo misterio et longitudo uita credentibus datur et latitudo terrae nouae tribuitur et altitudo celestis regni praeparatur. Quinquaginta autem cubita latitudinis eiusdem arche, hoc significabat quod Pentecosten id est quinquagesima dies post passionem dominice crucis Spiritus Sanctus descensurus esset, per quem et spem salutis et celestis regni gloria consequi et obtinere possumus⁷⁴⁵. Triginta uero cubitis altitudo arche tricenariam etatem Domini manifestat. Quia hominem quem induit per offitium, Iohannes in Iordane babtizauit. Triginta etenim annorum erat ut euangelista testatur, cum per aquam babtismatis susceptum ut dixi hominem, donis celestibus illustraret⁷⁴⁶. Est ergo altitudo in mensura etatis corpus Christi, sicut beatus Paulus apostolus ait: Donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionem Filii Dei, in uirum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi; ut iam non simus paruuli. Longitudo autem in passione dominice crucis cum trecentis signatur⁷⁴⁷. Latitudo in die Pentecosten, quod Sanctus Spiritus super credentes aduenit.

Videtis autem dilectissimi fratres omnem arche istius fabricam, in sacramento uenerande Aecclesie fuisse praemissam, [fol. 87r^o b] et non posse aliter hominem nisi per Ecclesiam de excidio⁷⁴⁸ totius orbis euadere, sicut et in cataclismo mundi nemo remansit, nisi quos archa incluserat. Et proinde laborandum nobis est, ut

740. e ajouté en interligne.

741. immaginem corr. en imaginem.

742. quo initial corr. en quam.

743. eam corr. en eum.

744. n gratté devant tur.

745. possumus corr. en possimus.

746. in initial corr. en il.

747. n gratté devant tur.

748. c ajouté en interligne.

Deum et Dominum nostrum toto corde rogemus, ut in Ecclesia Eius ⁷⁴⁹ catholica fideles in Domino permanere mereamur. Tunc enim subsequenter praemia, si cum omni pacis et concordie fœdere, euangelicę fuerint a nobis institutionis iure seruata, ut uere felices ante conspectum Dei Patris omnipotentis esse possimus.

EXPLICIT AECCLESIAS.

749. Dei corr. en eius.